Adhūius aūt erroris exclusionē: vt ēt diuine scie pfectio oñdatur: oz diligenter ueritatē ingre re circa singula p̄dictoꝝ: vt ea que sūt ueritati cōtraria repellātur: primo ergo oñdemus: q̄ diuinus itellectus singularia cognoscit. Secūdo q̄ cognoscit ea que nō sūt in actu. Tertio q̄ cognoscit contingentia futura ifallibili cognitiōe. Quarto q̄ cognoscit motus uolūtatis. Quito q̄ cognoscit infinita. Sexto q̄ cognoscit quelibet vilia ꝛ minima in ētibus. Septimo q̄ cognoscit mala ꝛ priuationes quaslibet uel defectus.

Q: deus cognoscit singularia. LXVI

Primo igitur ostēdamus q̄ singulariū cognitio deo ñ pōt deesse. Oñsum est. n. supra q̄ deus cognoscit alia in q̄tum ē cā eis: effect' āt diuini subsistētes sūt res singulares: hoc. n. mō deus cāt res in q̄tum facit eas eē i actu: vlia āt non sūt res subsistētes: sed hñt esse solū i singl'aribus: ut ꝓbat i. vij. metha. deus igitur cognoscit res alias a se nō solū in vli sed ēt i singulari. Itē cognitis principijs ex quibus cōstituitur essētia rei: necē est rem illā cognosci: sicut cognita aīa rōnali ꝛ cōpore tali cognoscitur hō: singularis āt essētia cōstituit ex mā designata ꝛ forma idiuiduata: sicut socratis essētia ex hoc corpore ꝛ hac aīa: vt ēt essētia hois vlis ex aīa et corpore: vt pz in. vij. metha. unde sic hec cadūt in diffinitione hois vlis: ita illa caderent in diffinitiōe socratis si posset diffiniri: cuicūq; igit adest cognitio māe ꝛ eorū per q̄ mā designatur: ꝛ forme i mā idiuiduate ei ñ pōt deesse cognitio singularis: sed dei cognitio usq; ad mām ꝛ accidētia idiuiduantia ꝛ formas ptingit: cū. n. suum intelligē sit sua essētia: oz q̄ intelligat oīa q̄ sunt quocunq; mō in eius essētia: i q̄ quidē virtute sūt sicut i prima origine oīa q̄ eē quocūq; mō hñt: cū sit primuz et vle principiū essendi a quibus mā ꝛ accīns nō est alienа: cū mā sit ens i potētia: ꝛ accidēs sit ens i alio: deo igitur cognitio singulariū nō deest. Amp. nā generis nō pōt cognosci nisi ei' dīie pme ꝛ passiones ꝓpie cognoscāt: ñ. n. pfecte sciretur nā numeri si par ꝛ ipar ignorarēt: sed vle ꝛ singulare est dīie vel p se passiōes ētis: si igit de' cognoscedo essentiā suā pfecte cognoscit nām cōem entis: oz q̄ pfecte cognoscat vle ꝛ singulare: sic āt ñ pfecte cognoscēt vle: si cognoscēt intētionē vlitatis: ꝛ ñ cognosceret rē vlem ut hoiem aut aial: ita non pfecte cognoscēt singulare: si cognosceret rōnez singularitatis: ꝛ nō cognoscēt hoc uel illud singulare: oz igit q̄ de' res singulares cognoscat. Ad hec sicut deus est ipsū suū eē: ita ē suū cognoscē: vt oñsū ē: sed ex hoc q̄ est suū eē: oz q̄ in ipo iueniatur oēs pfectiones essendi: sicut in prima essēdi origie: vt supra hītum ē: oz ergo q̄ in ei' cognitiōe iueniatur oīs cognitiōis pfectio sicut i primo cognitio

nis fōte: hoc āt nō esset: si ei singularium noticia deesset: cū i hoc aliquorum cognoscētium pfectio cōsistat: ipossibile ē igitur eū singulariū notitiā nō hēre. Preterea i oībus virtutibus ordiatis cōiter iuenitur q̄ uirt⁹ supior ad plura se extēdit: ⁊ tm̄ est vnita: uirtus uero iferior se extendit ad pauciora: ⁊ tm̄ multiplicat respectu illor: sic p3 in imaginatione ⁊ sēsu. Nā vna uis imaginatiōis se extēdit ad oīa q̄ q̄nq; vires sēsuū cognoscūt ⁊ ad plura: sed uis cognoscitiua i deo ē supior q̄ i hoie: dc q̄d g̃ hō diuersis viribꝰ cognoscit ītellectiuis imaginatiōe ⁊ sēsu: hoc deꝰ vno suo ⁊ simplici ītellectu cōsiderat: ē igit singulariū cognoscitiuus: quod sensu ⁊ imaginatiōe apprehēdim⁹. Amp̄. diuinꝰ ītellectus ex rebus cognitionē nō sumit sic nī sed magis p suā cognitionē ē cā rerū ⁊ mēsura ipsarū: vt ifra oñdet: ⁊ sic eꝰ cognitio quā de rebꝰ alijs h3: ē ad modū practice cognitiōis: practica āt cognitio nō ē pfecta nisi ad singularia pueniatur. nā practice cognitionis finis ē opatio q̄ in singularibus ē: diuina igit cognitio quā de alijs rebꝰ h3 se usq; ad singularia extēdit. Ad hec primū mobile mouet a motore mouēte per ītellectū ⁊ appetitū: vt supra oñsū ē: nō āt posset alios motor p ītellectū cāre motū: nisi cognosceret mobile i q̃tū narū ē moueri fm locū: hoc ē i q̃tū ē hic ⁊ nūc: ⁊ p ꝓns in q̃tum ē singulare: ītellectꝰ igit q̄ ē motor vel cā primi mobilꝭ cognoscit primū mobile i q̃tū est singulare: q̄ quidē motor vel ponit deus: ⁊ sic hētur ꝓpositū: vel aliq̄d q̄ est ifra deū: cuiꝰ intellectus si pōt cognoscere singulare sua virtute: q̄ ītellectus nī non pōt: multo magis hoc poterit intellectꝰ dei. Itē agens honorabiliꝰ ē patiente et actor: sicut actus potētia: forma igitur que ē iferioris gradus nō pōt agendo ꝓducere suā silitudinē in gradū altior ē: ſz forma superior pōt ꝓducere agēdo suā silitudinē i gradū inferiorē: sicut ex uirtutibus icorruptibilibꝰ stellarū ꝓducūtur forme corruptibiles i istis iferioribus: virt⁹ āt corruptibilis nō pōt ꝓducere formā incorruptibilē: cognitio āt oīs fit p assilationē cognoscētis ⁊ cogniti: in hoc tm̄ dīnt: q̄ assilatio i cognitione hūana fit p actionē rerū sēsibiliū i uires cognoscitiuas hūanas: in cognitione āt dei ē ecōuerso: per actionē forme ītellectus diuini i res cognitas: forma igitur rei sēsibilis cū sit p suā mālitatē idiuiduata: sue singularitatis silitudinē ꝓducere nō pōt in hoc q̄ sit oio i mālis: ſz solū usq; ad vires q̄ organis mālibꝰ utūtur. Ad ītellectū āt ꝓducit p uirtutē ītellectus agētis: in q̃tū oio a cōditiōbus mālibus exuit: ⁊ sic silitudo singularitatis forme sēsibilis nō pōt puenire usq; ad ītellectū hūanū: silitudo āt forme ītellectus diuini cū ptingat usq; ad rerū minima: ad q̄ ptingit sua cālitas puenit usq; ad singularitatē forme sensibilis ⁊ mālis: ītellectus igit diuinꝰ pōt cognoscē singularia: nō āt hūanus. Pre. seq̄retur icōuenies q̄ phs ꝯ Empedoclē iducit. s. deū eē insipientissimū si singularia nō cognoscit: q̄ ēt hoies cognoscūt. Dec āt ꝓbata vitas ēt scripte sacre auctate ꝯ firmatur. Di āt Debre. iiij. Nō ē ulla creatura inuisibilis i cōspectu eius. Error ēt ꝯrius excluditur. Eccs. xvi. Nō dicas: a deo abscōdar: ⁊ ex summo q̄s mei memorabitur? Dz ēt ex dctis q̄liter obiectio i cōtrariū fca nō recte cōcludit. Nā id q̄ ītellectus din⁹ itelligit: ⁊si imāle sit: ē tm̄ ⁊ māe ⁊ forme silitudo sicut primus principiū ꝓductiuū utriusq;.

Q⁹ deus cognoscit ea que nō sunt. LXVII.

Ecūdo ostēdēdū ē q̄ deo nō deest noticia eorū ēt q̄ nō sunt. Ut. n. ex supradictis p3: eadē ē cōparatio scie dine ad res scitas q̄ scibiliū ad sciaz nām. Est āt hec cōpatio scibilis ad nām sciam: q̄ scibile pōt eē absq; eo q̄ eius scia a nobis hēatur: vt pōt exēplū phs i ꝓdicamētis de circuli q̄dratura: nō āt ecōuerso: talis g̃ erit cōpatio dine scie ad res alias: q̄ ēt nō exñtiū eē pōt. Itē cognitio diuini ītellectus cōpatur ad res alias sic̄ cognitio artificis ad artificiata: cū p suā sciam sit cā rerū: artifex āt sue artis cognitiōe ēt ea q̄ nōdū sī artificiata cognoscit: forme. n. artī ex eꝰ scia effluūt i exteriorē māz ad artificiatoꝝ ꝓstitutionē: vñ nihil ꝓhibet i scia artificis eē formas q̄ nōdū exterius ꝓdierūt: sic igit nihil ꝓhibet deū eoꝝ q̄ non sūt noticiā hēre. Pre. deꝰ cog̃scit alia a se p essētiā suā i q̃tū ē silitudo eoꝝ q̄ ab eo ꝓcedūt: vt ex supradcis p3: ſz cū essētia dei sit infinite pfectiōis: ut supra oñsū ē: q̄libet āt alia res hēat eē ⁊ pfectionē terminatā: ipossibile ē q̄ uniūsitas reꝝ aliaꝝ adeq̄t essētie diuine pfectionē: extēdit igit se uis sue repñtationis ad multa plura q̃ ad ea q̄ sūt: si igit deꝰ totaliter vtutē ⁊ pfectionē essētie sue cognoscit: extēdit se eius cognitio nō solū ad ea q̄ sūt: ſz ēt ad ea q̄ non sūt. Amp̄. itellectꝰ nī ſz illā opationē q̄ cog̃scit q̄ q̄d ē: noticiā hēre pōt ēt eoꝝ q̄ nō sūt actu: pōt. n. equi vel leōis essētiā cōprehēdē oibꝰ h⁹mōi aialibꝰ ītellectis: itellectꝰ āt din⁹ cog̃scit ad modū cog̃scentis q̄ q̄d ē: nō solū diffinitiōes ſz ēt enūciabilia: vt ex supradict⁹ p3: pōt igit ēt eoꝝ q̄ nō sūt noticiā hēre. Ad hec effectꝰ alios in sua cā p̄cog̃sci pōt ēt añq; sit: sic̄ cog̃scit astrologus eclipsiz futurā ex cōsideratiōe ordis celestiū motuū: ſz cognitio dei ē de rebꝰ oibꝰ p cām: se. n. cog̃scēdo q̄ ē oium cā: alia q̄si suos effectꝰ cog̃scit: vt supra oñsuz: nihil igit ꝓhibet: q̄n ēt q̄ nōdū sūt cog̃scat. Amp̄. intelligē dei successionē nō h3: sic̄ nec eꝰ eē: ē igit totū sil̄ sp manēs: q̄ ō rōe eternitat⁹ ē: tp̄is āt duratio successiōe ꝓr⁹ ⁊ posteriꝰ extēdit: ꝓportio igit eternitatis ad

totã tp̃is durationẽ ẽ sicut ꝓportio indiuisibil' ad ꝓtinuum:nõ q̃dẽ et' idiuisibil' qõ t̃minus ꝓtinui ẽ:q̃ non adest cuilibet pti ꝓtinui.h'.n.sil'itudinez hz instãs tp̃is:sz eius idiuisibil':qõ extra ꝓtinuũ ẽ: cuilibet tñ pti ꝓtinui siue puncto i ꝓtinuo signato coexistit.nã cũ tp̃s motum non excedat:et̃nitas q̃ oio extra motũ est nihil tp̃is ẽ. Rursũ:cũ et̃ni esse nunq̃ deficiat:cuilibet tp̃i uel istanti tp̃is p̃ntialr adest et̃nitas:cuius exẽplũ utcũq; in circulo est ui dere:p̃ctum.n.int' circũferẽtias signatũ:ꝛ si idi uisibile sit non tñ cuilibet p̃cto alq̃ fm situ coexi stit sil':ordo.n.situs ꝓtinuitatẽ circũferentie facit: centrũ uero qõ ẽ extra circũferẽtiã ad qõlibet pũ ctum i circũferentia signatũ directe oppositionẽ hz:q̃cquid igit i q̃cũq; pte tp̃is est coexistit eterno q̃si p̃ns eidẽ:ꝛ si respectu alt'ius ptis tp̃is sit ꝓteri tũ uel futurũ:et̃no ãt non põt aliq̃d p̃ntialiter co existere nisi toti:q; successionis durationẽ nõ hz: q̃cquid igit ꝑ totũ decursũ tp̃is agit':dinus itellec tus i tota sua et̃nitate intuet q̃i p̃ns:nec tñ qõ q̃dã pte tp̃is agitur sp fuit exñs:relinq̃t igit q̃ eoz q̃ hz decursũ tp̃is nondũ st':de' noticiã hz. ¶ Per has igit rõnes appet q̃ deus non entiũ noticia hz non tñ oia non entia eandẽ hñt hitudinez ad et' sciaz: ea.n.q̃ non st' nec erũt nec fuerũt:a deo sciunt q̃si eius uirtuti possibili:vnde nõ cogit'cit ea ut exñtia aliq̃liter i se ipsis sed exñtia solum in diuina potẽ tia:q̃ quidẽ a quibusdã dicũtur a deo cognosci sz noticiã simplicis itelligentie. Ea uero q̃ sũt p̃ntia ꝓterita uel futura nobis cognoscit deus scõm q̃ st' in potentia sua ꝛ in ꝓpr̃ys cãis ꝛ in se ipsis:ꝛ ho rũ cognitio dr̃ noticia uisionis:nõ.n.deus rerum q̃ apud nos nondũ st' uidet solum eẽ qõ hñt in su is cãis:sed ẽt illud qõ hñt in se ipsis:in q̃tum eius et̃nitas est p̃ns sua idiuisibilitate õi tp̃i:ꝛ tñ õe eẽ qõcunq; rei deus cognoscit p essentiã suam.nam sua essẽtia ẽ repr̃esẽtabil' scõm multa q̃ non sunt: nec erũt nec fuerunt:ipsa ẽt est silitudo uirtutũ cu iuslibet cãe:scõm quã prexistũt effectus i cãis:esse ẽt cuiuslibet rei qõ hz in se ipsa ẽ ab ea exemplari ter deductũ:sic igit non entia cognoscit deus in q̃ tũ aliquo mõ habẽt esse uel i potentia dei uel in cãis suis uel in se ipsis:qõ rõni scie non obstit.

Dis ãt q̃ premissa sũt ẽt scripture sacre auctãs te stimonium phibet.Dr̃.n.Ecci.xxiij.Dño deo no stro añq̃ crearent nota st' oia:sicut ꝛ p' pfectũ co gnoscit oia.Et Hiere p̃mo.Priusq̃ te formarẽ i utero:noui te. Hz ãt ex predictis q̃ non cogimur dicere:sicut quidã dixerunt:deũ vl'iter singularia cognoscere:qz cognoscit ea i cãis vl'ibus tm̃: sicut qui cognosceret eclipsim hãc:non put hec:sed p ut p̃uenit ex oppõne:cũ oñsuz sit q̃ diuina cogni tio se extendit ad singularia:put sunt in se ipsis.

¶ Quõ deꝰ cognoscit singularia con tingentia futura. LXVIII.

EX his ãt iam ali qualiter patere põt:q̃ contingentiũ singulariũ ab eterno deus infallibilr sciam hũit:nec tñ contigentia eẽ desistũt. Contin gens.n.certitudini cognitiõis non repugnat: nisi scõm q̃ futurũ ẽ:non ãt scõm q̃ p̃ns est:contigẽs .n.cũ futuz est põt non eẽ:ꝛ sic cognitio estiman tis ipsũ futurũ esse falli põt:falletur. n.si non erit qõ futuz esse estimauit:ex q̃ ãt p̃ns est:p illo tp̃e non põt non eẽ:põt ãt in futurũ non eẽ:sed hoc ñ iã pertinet ad contingẽs put p̃ns ẽ:sed put futu rũ ẽ.vnde nihil certitudini sẽsus depit:cũ quis ui det currere hoiez:q̃uis hoc dẽm sit contigẽs:oĩs igitur cognitio q̃ supra cõtingens ferr put p̃ns ẽ: certa esse põt:diuini ãt itellecꝰ intuitus ab et̃no fertur i unũq̃qq; eoz q̃ tp̃is cursu pagũt: put p̃ns ẽ:ut supra oñsum est:relinq̃t igit q̃ de cõtingenti bꝰ nihil ꝓhibet deũ ab et̃no sciam infallibilez hẽ re. ¶ Itẽ ꝓtingẽs a nccio differt scõm q̃ unũq̃qq; i sua cã ẽ:ꝓtingens.n.sic in sua cã ẽ ut non eẽ:ex ea possit ꝛ esse:nccium autẽ ex sua cã non põt nõ eẽ scõm id uero q̃ utrũq; hoz in se ẽ nõ differt q̃tũ ad eẽ supra qõ fũdat:vez qz in ꝓtingẽti scõz id q̃ in se ẽ non ẽ esse ꝛ nõ esse:sed solũ esse:sz in futuz ꝓtingens possit nõ eẽ:dinus ãt itellecꝰ ab et̃no co gnoscit res nõ solum scõm eẽ qõ hñt in cãis suis: sz ẽt scõm eẽ qõ hñt in se ipsis:nihil igit ꝓhibet ip sũ hẽre et̃nã cognitionẽ de contigentibꝰ infallibi lẽ. ¶ Amp̃ sic ex cã necessaria sequit effectꝰ certi tudinalit':ita ex cã ꝓtingenti cõpleta si nõ impediat: sed cũ deꝰ cognoscat oia:ut ex supradictis pz:scit non solũ cãs ꝓtingentiũ sz ẽt ea quibꝰ p̃nt impediri: scit igit ꝑ certitudinem an ꝓtingentia sint:vel nõ sint. ¶ Ad hec.effectũ excedere sue cãe pfectionẽ non ꝓtingit:in tdũ tñ ab cã deficit.vñ cum i nobis cãet cognitio ex reb' ꝓtingit in tdum q̃ necessaria non p modũ ncctat cognoscimus sz pbabilitat': sic ãt apud nos res st' cã cognitiõis:ita dina cogni tio ẽ cã rez cognitaz:nihil igit ꝓhibet ea i se ꝓtingẽ tia esse:de quibꝰ deus necessariã sciam hz. ¶ Pre. effectꝰ non põt esse necessariꝰ:cuꝰ cã est ꝓtingens: ꝓtingit.n.effectuz esse remota cã:effectꝰ ãt ultimi cã est ꝛ ꝓxima ꝛ remota:si igit ꝓxima fuerit con tingens eius effectũ ꝓtingentez oz esse:ẽt si in cã re mota necessaria sit:sicut plante ñ necessario fruc tificant:q̃uis motꝰ solis sit necessariꝰ ꝓpter cãs i t̃medias ꝓtingentes:scia ãt dei ꝛ si sit cã rerum sci tarum p ipsã:est tñ cã remota eius:igit necessitati scitoruz ꝓtingentia non repugnãt:cũ ꝓtingat cãs int̃medias contingentes esse. Item scia dei uera ñ esst t̃ pfecta:si non hoc mõ res eueniẽt sicut deꝰ eas euenire cognoscit:deus ãt cũ sit cognitor totiꝰ esse cuius est:p̃incipiũ cognoscit unũq̃q; effec tũ non solũ i se sed ẽt in ordine ad qualibet suas

cās proximas:ordo ār cōtingētiū ad ſuas cās pro
ximas ē:vt cōtingēter ex eis proueniāt: cognoſcit
igitur deus aliqua euenire ꝛ cōtīgēter euenire: ſic
igitur diuine ſcie certitudo ꝛ ueritas rerū cōtīgē
tiā nō tollit. Patet igit ex dictis qūo obiectio co
gnitionū contingētiū i deo repugnās ſit repellēda
nō.n.poſterioꝝ uariatio:prioꝝb⁹ uariabilitatē i
ducit:cū cōtingat ex cāis neceſſarijs primis effec
tus ultimos cōtingētes procedere:res ār a deo ſci
te nō ſūt priores eius ſcia ſicut apud nos ē:ſed ſūt
ea poſteriores:nō.n.ſequ⁹:ſi id qō ē a deo ſcitum
uariari pōt:q⁹ ei⁹ ſcia poſſit falli uel qualitercūqz
uariari:ſm ꝓns igit decipimur:ſed qz nīa cognitō
rez uariabiliuz uariabilis ē:ꝓpter hoc i ōi cogni
tiōe hoc nccio accidere putet. Rurſus:cum dī:de
us ſcit uel ſciuit hoc futurū:medium qōdā accipi
tur iter diuinā ſciaz ꝛ rē ſcitā.ſ.tps i quo eſt locu
tio reſpectu cuius id qō a deo ſcitum dī ē futurū:
nō ār reſpectu dine ſcie ē futurū:q i momento eter
nitatis exns ad oia pntialiū ſe hz:reſpectu cuius ſi
tps locutionis de medio ſubtrahat:nō ē dicē hoc
eſſe cognitum q̄i non exns:ut locum hēat qō: q̄ q̄
rit an poſſit nō eſſe:ſed ſic cognituz diceret a deo
vt iā i ſua eſſentia uiſum:quo poſito nō remanet
pdicte qōni loc⁹:qz quod iā eſt ñ pōt q̄tum ad il
lud inſtās nō eſſe:deceptio igit accidit ex hoc: q⁹
tps i q̄ loq̄mur coexiſtit eīnitati:vel ēt tps pītituz
quod deſignat:cum dī:de⁹ ſciuit:vñ hitudo tpis
pītī uel pnī ad futurū eīnitati attribuit:qō oino
ei ñ ꝓpetit:ꝛ ex hoc accidit ſm accidens falli. ¶
Pre.ſi unūquodqz a deo cogſcit ſic pntialr uiſu:
ſic nccium erit eē quod de⁹ cogſcit:ſic nccium eſt
ſortē ſedē:ex hoc q⁹ ſedē vī:hoc ār non nccium ē
abſolute uelut a q̄buſdā dī:nccitate pntis:ſz ſub
ditione uel nccitate pntie:hec.n. ꝓditōnal⁹ eſt ne
ceſſaria:ſi vī ſedē ſedet:vñ ꝛſi ꝓditōalis i cathego
rica tranſferat:ut dicat:quod vī ſedē nccē ē ſedē:
ꝑz eam de dco intellectā.ꝛ cōpoſitā eſſe ueraz:de
re vo intellectā ꝛ diuiſam eſſe flām:ꝛ ſic i his ꝛ i
oībus ſiliīb⁹ q̄ dei ſciam circa ptingētia oppugnā
tes argumentāt:ſecundū cōpoſitionē ꝛ diuiſionē
fallūt. ¶ Qz ār de⁹ futa ptingentia ſciat ēt auctate
ſcripte ſacre oñdit.Dī.n.Sap̄.viij.de diuia ſapi
entia.Signa ꝛ mōſtra ſcit añq̄ fiāt:ꝛ euēt⁹ tpuz
ꝛ ſeclorū.Et Lccē.xxxix.Non eſt q̄cq̄ abſcōditū
ab oculis ei⁹:a ſeclo ꝛ uſqz i ſeculum reſpicit. Et
Iſa.xlviij.Predixi tibi ex tūc:antēq̄ uenirent in
dicaui tibi.

¶ Qz deus cogſcit mot⁹ uolūtatis. LXIX.

Deide oportet oſtē
dere:q⁹ deus cognitiones mentium
ꝛ uolūtates corditū cogſcat vtute in
cā:cum ipſe ſit vle eſſendi pncipiuz. Oē.n.quod
q̄cunqz mō eſt cogſcit a deo:in q̄tum ſuā eſſenti
am cogſcit:ut ſupra oñſum eſt:ens ār q̄ddā i aia
eſt:q̄ ddam i reb⁹ extra aiam:cogſcit igit de⁹ oēs
h⁹entis dīiās:ꝛ q̄ ſub eis ptinent:ens ār in aia eſt
quod eſt in uoluntate uel cogitatiōe:relinq̄t g̃ q⁹
deus ea q̄ ſunt i cogitatione ꝛ uoluntate cogſcat.
¶ Amp. ſic de⁹ cogſcendo ſuaz ēntiā alia cog
ſcit:ſic ꝑ cogitionē cauſe cognoſcunt effect⁹. oia
igit de⁹ cognoſcit ſuā ēntiaz cogſcendo ad q̄ ſua
cālitas extendit.extēdit autez ad opationes intel
lectus ꝛ voluntat⁹:nā cuz q̄libet res opet ꝑ ſuam
formā a q̄ ē aliquod eē rei.oz fontale pncipiuz to
ti⁹ eē:a q̄ eſt etiā ois foza ois opationis pncipiuz
eſſe.cuz effectus cāz ſecundaz in cās pmas pnci
pali⁹ reducāt.cogſcit igit de⁹ cogitationes ꝛ affecti
ōes ment⁹. ¶ Itez.ſicut eſſe ſuuz eſt pmuz ꝛ per
hoc ois eſſe cā.ita ſuuz intelligere eſt pmuz ꝛ per
hoc ois intellectual⁹ opationis intellectual⁹ cā. ſic
igit de⁹ cogſcendo ſuuz eſſe vl intelligēdo cogſcit
eſſe cui⁹libet rei.ita cogſcendo ſuuz intelligē ꝛ vl
le cogſcit oēz cogitationez ꝛ voluntatem. ¶ Ad
hoc.de⁹ ñ ſoluz cogſcit res ꝑz q⁹ in ſeipſis ſunt ſz
etiaz ſecunduz q⁹ ſūt in cauſis ſuis vt ex ſupradict⁹
ꝑz.cogſcit.n.ordinez cauſe ad ſuū effectuz.ſz arti
ficialia ſūt in artificib⁹ ꝑ intellectuz ꝛ voluntatez
artificū:ſic res nāles ſūt in cauſis ſuis ꝑ vtutes cau
ſaz.ſic.n.nāles aſſimilant ſibi ſuos effect⁹ ꝑ ſuas
vtutes actiuas.ita artifex ꝑ intellectuz inducit fō
mā artificiati ꝑ q⁹ aſſimilat ſue arti.ꝛ ſilis rō eſt de
oib⁹ q̄ a ꝓpoſito agunt.ſcit igit de⁹ ꝛ cogitatiōes
ꝛ voluntates Itez deus non min⁹ cogſcit ſubſtā
tias intellectuales q̄ ipſe vl nos ſubſtātias ſenſi
biles:cuz ſubſtantie intellectuales ſint magl cogſci
biles puta magl in actu exns. informationes au
tez ꝛ inclinationes ſubſtantiaz ſenſibiliuz cogſcū
tur ꝛ a deo ꝛ a nobis cuz igit cogitatio aie ſit per
informationez quādaz ipſi⁹:affectio autez q̄dam
ſit inclinatio ipſi⁹ ad aliquod.naz ipſa inclinatio
nez rei nālis appetituz nālez dicim⁹.relinq̄t q⁹ de⁹
cogitationes ꝛ affectiones corditiuz cogſcat. Hoc
aūt teſtimonio ſacre ſcripte ꝓfirmat.Dī.n.in ps.
Scru.cor.ꝛ re.de⁹.ꝛ pv.xv. Infernus ꝛ perditio
corā deo:q̄to magis cōda filioū hoiuz:ꝛ Jo.xx.
Opus ei non erat ut q̄s teſtimoniū phiberet de
hoie:ipſe.n.ſciebat q̄d eſſet in hoie:dñium autez
quod hz uolūtas ſupra ſuos act⁹ ꝑ quod in eius
eſt ꝓtate uelle uel non uelle:excludit determinatio
nem vtutis ad unū ꝛ uiolentiā cāe exterius agen
tis:non ār excludit influentiā ſupioris cāe:a qua
eſt ei eſſe ꝛ oparī:ꝛ ſic remanet cālitas in cā ꝓma
q̄ de⁹ eſt reſpectu motuū uoluntatis: ut ſic deus
ſe ipſum cognoſcendo h⁹mōi cognoſcere poſſit.

¶ Qz deus cognoſcit infinita. LXX.

Poſt hoc oſtendē

dum est qꝫ deꝰ infinita cogſcat. Cogſcendo.n. se esse cām rerum: alia a se cogſcit: ut ex supioꝛibus pꝫ: ipse.n. est cā infinitoꝝ: sed ifinita sūt entia: ē. n. oīum eoꝝ q̄ sūt cā: ē igit infinitoꝝ cogſcitiu⁹. Itē deꝰ suaꝫ virtutē pfecte cognoscit: ut ex supꝛadctis pꝫ: uirtus āt nō pōt cognosci pfecte: nisi cogſcant oia i q̄ pōt: cum scōm ea ꝙtitas uirtutl q̄dāmō attendat: sua āt uirt⁹ cum sit ifinita: ut oñsum est supꝛa: ad ifinita se extēdit: ē igī deꝰ infinitoꝝ cognitoꝝ. Imp̄. si dei cognitio ad oia se extēdit: q̄ q̄ licūqꝫ mō sit: ut oñsum est: oꝝ qꝫ non solū cognoscat ens actu: sed ēt ens i potētia: ſz i reb⁹ nālibus ē infinitū in potētia: ꝛsi nō actu ut pbat phs i. ij. phisico. cogſcit igī deꝰ infinita: sic unitas q̄ ē pncipium numeri: ifinitas spes nūeroꝝ cognosceret: si cognosceret q̄cūq̄ ē in se i potētia: ē. n. unitas potētia oīs nūerus. Imp̄. deus p essentiā suam sicut q̄dā medio exēplari alia cognoscit: ſz cuz sit p fectionis ifinite: vt supꝛa oñsum ē: ab ipso exēplari adeq̄re pñt: ⁊ sic sp remanet nouus modus: q̄ aliq̄d exēplatū ipsum imitari possit: nihil igit phibet ipsum p essētiā suā ifinita cogſcē. Pre. esse dei est suū intelligere: sicut igī suum esse ē ifinitū: vt oñsum ē: ita suū itelligere ē infinitū: sicut āt se hz finitū ad finitū: ita se hz ifinitū ad ifinitum: si igit scōm itelligere nām: qō finitum ē: finita cape possumus: ⁊ deus ſm suū itelligere infinitū: ifinita cape pōt. Pre. intellect⁹ cognoscens maximū intelligibile nō minus cognoscit minoꝛa ſz magis: vt pꝫ p pbm in. iij. de aia: qō ex hoc puenit: qꝛ intellect⁹ ñ coꝛꝛūpitur ex excellēti itelligibili sicut sēsus: ſz magī pficit: ſz si accipiāt ifinita entia: siue sint eiusdē spēi: ut infiniti hoies: siue ifinita spēz ēt si aliq̄ uel oia essent ifinita ſm quātitatē: si hoc esset possibile: vniuersū eoꝝ eēt minoris ifinitatis q̄ deus: nā qōlibet eoꝝ ⁊ oia sil' hērēt esse receptū ⁊ limitatum ad aliquā spēm uel gen⁹ ⁊ sic ſm aliq̄d esset finitū. vñ deficeret ab ifinitate dei: q̄ est infinit⁹ simpl'r: ut supꝛa oñsum ē: cū igit deus pfecte se ipsū cognoscat: nihil phibet euz ēt illā sūmaz infinitoꝝ cognoscere. Ad hec. q̄to alicꝫ itellectus ē efficacioꝛ ⁊ lipidioꝛ in cognoscendo: tanto ex uno pōt plura cogſcere: sicut oīs uirtus q̄to ē foꝛtioꝛ: tanto ē magī unita: itellectus āt dinus ſm efficaciā siue pfectionem ē infinit⁹: ut supꝛa oñsum est: pōt ḡ p unum qō est sua essentia infinita cognoscere. Pre. intellect⁹ dinus ē pfect⁹ simpl'r: sicut ⁊ eius essētia: nulla igit pfectio intelligibilis ei deest: sed id ad qō est in potētia itellect⁹ nī: est eius pfectio itelligibilis: est āt in potētia ad oēs spes intelligibiles: spes āt h⁹ mōi sunt infinite: nā ēt numeroꝝ spes infinite sūt ⁊ figurarū: relinq̄tur igitur qꝫ deus oia infinita h⁹ mōi cognoscat.

Itē cū intellectus nī sit cognoscitiuus infinitoꝛum in potētia: pōt. n. in infinitū spes numeroꝝ multiplicare: si intellect⁹ diuinus nō cognosceret infinita ēt actu: seq̄ret qꝫ uel plurium esset cognoscitiu⁹ intellectus hūanus q̄ diuin⁹: vel qꝫ intellect⁹ diuinus nō cognosceret oia actu quoꝝ ē cognoscitiu⁹ i potētia: q̄rū utrūqꝫ ē ipossibile: ut ex supꝛadictis pꝫ. Ad hec. infinitū cognitioni repugnat: in q̄tū repugnat numeratiōi: nā ptes infiniti numerari scōm se ipossibile est q̄i ꝺictionē iplicans: cogſcere āt aliquid p numerationē suarum ptiū est intellectus successiue cognoscētis ptē p⁹ ptem: nō āt intellectus sil' diuersas ptes apprehēdētis: cuz igit diu n⁹ itellect⁹ absq̄ successione cognoscat oia sil' nō magis ipeditur cognoscere infinita q̄ finita. Imp̄. oīs quātitas in q̄dā multiplicatione ptiuz consistit: ⁊ ꝓpter hoc numerus ē prima quantitatū: vbi ergo pluralitas nullā dīam opat: ibi nec aliquid qō quātitatē cōsequit' aliquā dīam fac: in cognitioe āt dei plura hoc mō cognoscūt ut unū cū nō p dīsas spes ſz p unā spem: q̄ est dei essentia cognoscātur: unde ⁊ simul multa cognoscūtur a deo: ⁊ ita i dei cognitione nullā dīaz pluralitas facit: ergo nec infinitū: qō q̄titatez consequit: nihil ergo differt ad intellectū diuinū infinitoꝝ ⁊ finitoꝝ cognitio: ⁊ sic cuz cognoscat finita: nihil phibet ēt cū cognoscere infinita. Huic āt cōsonat qō in ps dī. Et sapie eius nō ē numerus. Pꝫ ēt ex predictis: q̄re intellect⁹ nī infinitum nō cognoscit sic intellectus diuin⁹. Differt āt itellectus nī ab intellectu diuino q̄tum ad q̄ttuoꝛ: q̄ hāc dīam faciūt. Primū est: qꝫ intellect⁹ nī simpl'r finitus ē: diuin⁹ āt infinitus. Secundū ē: qꝫ cū intellectus nī diuersa p diuersas spes cognoscat: nō pōt infinita scōz unā cognitionem sicut intellectus diuinus. Tertium ē ex hoc pꝛoueniens qꝫ intellect⁹ nī q: p dīsas spes diuersa cognoscit: nō pōt sil' multa cognoscere: ⁊ ita infinita cognoscere ñ posset nisi successiue ea numerādo: qō ñ est in intellectu diuino: qui sil' multa intuetur quasi p unā spem uisa. Quartū est qꝫ intellectus diuinus est eoꝝ q̄ sūt: ⁊ coꝛum q̄ nō sūt: ut oñsum est. Pꝫ ēt quō uerbū phi ꝺicit qꝫ infinitū scōm qꝫ infinituz ē ignotū: pñti ſnie non obuiat: qꝛ cū infiniti rō quantitati cōpetat: vt ipse dicit: infinitū ut infinitū cognoscerētur: si per mēsurationē suarū ptiuz notū esset. hec. n. ē p pꝛia cognitio quātitatis: sic āt deus nō cognoscit. vñ ut ita dicatur nō cognoscit infinitū scōm qꝫ est infinitū sed scōm qꝫ ad suam sciam se hz: ac si ēt finitum ut oñsuz ē. Sciendū ē tñ qꝫ deus infinita nō cognoscit scia uisiōis: ut uerbis alioꝝ utamur qꝛ infinita nō sūt actu: uec fuerūt nec erūt: cuz generatio ex neutra parte sit ifinita scōm fidem catholicā: scit tñ infinita scia simplicis intelligentie: ꝓut scit ēt q̄ non sūt: scit. n. deus infinita: q̄ nec sūt

nec erūt nec fuerūt: q̄ tñ sī in potētia creare: ⁊ scit ēt infinita q̄ sī in potētia sua: q̄ nec sī nec erūt: nec fuerūt. vñ q̄tum ad qōnem de cognitiōe singularium ptinet: rñderi pōt p interēptionez maioris: non. n. singularia sunt infinita: si tñ essent: nihilominus deus ea cognosceret.

Q⁹ deus cognoscit uilia. LXXI.

Hoc autēt habito

noñendum est q⁹ deus cognoscit uilia: ⁊ q⁹ hoc nobilitati scie eius nō repugnat: sed atestat. Quāto. n. aliq̄ uirtus actiua est fortior: tanto i remotiora suā actionē extēdit: ut ēt insensibiliū actionibus appareat: vis āt diuini intellectus in cognoscēdo res sil'atur uirtuti actiue: itellectus. n. diuinus nō recipiendo a reb⁹ cognoscit: sz magis p hoc q⁹ eis influit: cū igitur sit infinite uirtutis i intelligendo: vt ex supradictis pz: oz q⁹ eius cognitio usq; ad remotissima extendat: sed gradus nobilitatis ⁊ uilitatis i oibus entibus attendit fm ꝓpinq̄tatē et distantiā a deo: q̄ est infinite nobilitatis: q̄ q̄tūcunq; uilissima in entib⁹ deus ꝓpter maximā uirtutē sui itellect⁹ cognoscit. Pre. oē qō est in eo q⁹ est: uel q̄le q̄d est: actu est: ⁊ silitudo primi actus est: ⁊ ex hoc nobilitatem hz: q: ēt qō potentia est: ex ordine ad actū nobilitat| ē pticeps: sic. n. esse dī: relinq̄t igit q⁹ unūq̄q; i se ꝓsideratum nobile ē: sed uile dī respectu nobilioris: a deo āt distāt nobilissime aliaz reruz nō minus q̄ ultime rerū creatarū distent a suprēmis: si igitur hec distātia ipediret diuinā cognitionē: mł to magis ipediret illa. ⁊ sic seq̄ret: q⁹ nihil de⁹ cog̃sceret aliud a se: qō supra ip⁹obatum est: si igit aliq̄d aliud a se cognosceret q̄tūcunq; nobilissimū: pari rōne cognoscēt qōlibet q̄tūcunq; dicat uilissimū. Amp̄. bonū ordinis uniuersi nobilius ē qlibet pte uniuersi: cū ptes singule ordinēt ad bonū ordis: q̄ ē i toto sicut ad finē: ut p pḥm pz i. xi. metha. si igit deus cognoscēt aliquā aliā nām nobilē: maxime cognoscēt ordinē uniuersi: hoc āt cognosci non pōt: nisi cognoscāt nobiliora ⁊ uiliora i ārum distātijs ⁊ hitudinibus ordo uniuersi consistit: relinq̄t igit q⁹ de⁹ cognoscit nō solū nobilia: sz ēt q̄ uilia reputāt. Ad hec. vilitas cognitorū i cognoscentē nō redūdat p se: hoc ē. n. de rōne cognitionis ut cognoscēs cōtineat spēs cogniti scōm modū suū: p accns āt pōt redūdare i cognoscentē uilitas cognitorū: vel eo q⁹ dū uilia ꝓsiderat a nobilioribus abstrahit cogitādis: uł eo q⁹ ex ꝓsideratione uiliū in aliquas idebitas affectiones inclinatur: qō quidē in deo eē non pōt: ut ex dictis pz: nō igitur derogat diuine nobilitati uiliū reruz cognitio: sz magis ptinet ad diuinam pfectionē: scōz q⁹ oia in se ipsa hz: vt supra oñsum ē. Ad hec. uir tus aliq̄ non iudicat pua: q̄ in pua pōt: sed q̄ ad p ua determinat: nā uirtus q̄ in magna: pōt ēt i pua pōt: cognitio ḡ q̄ sil' pōt in nobilia ⁊ uilia non ē iudicanda uilis: sed illa q̄ in uilia tñ pōt: sicut in nobis accidit: nā alia ꝓsideratione cōsideram⁹ diuina ⁊ hūana: ⁊ alia scia est utriusq; vñ cōpatione nobilioris iferioz uilioz reputat: i deo āt non ē sic: nā eadē scia ⁊ ꝓsiderotiōe se ipsū ⁊ oia alia ꝓsidrat: non igit eius scie aliq̄ uilitas ascribit ex hoc q⁹ que cūq; uilia cognoscit. Huic āt ꝓsonat qō dī Sap̄. vij. de diua sapia: q⁹ attingit ubiq; ꝓpter suā mūditiā: ⁊ nihil inquinatū incurrit in illā. Pz ēt ex p dictis q⁹ rō q̄ in oppositū obꝟciebat: oñse ueritati non repugnat: nobilitas. n. scie attēdit scōz ea ad q̄ ꝓncipaliter ordiat scia ⁊ nō ad oia q̄cunq; i scia cadunt: sub nobilissima. n. scia apud nos cadunt nō solū suprema i entib⁹ sed ēt ifima. nā phia prima ꝓsiderationē suā extēdit a primo ente ad ens in potētia: qō est ultimū i ētibus. Sic āt sub diuina scia cōprehendūt infima entiū q̄ cum ꝓncipali cognito sil' nota: diua. n. essētia ē principale a deo cognitū: in q̄ oia alia cognoscūt: vt supra oñsum est. Pz ēt q⁹ hec ueritas non repugnat dctis phi i. xi. metha. nā ibi intēdit oñdere: q⁹ diuinus itellectus nō cognoscit aliud a se: qō sit sui intellectus pfectio q̄ principale cognitum: ⁊ fm hunc modū dic̄ q⁹ uilia melius ignorāt q̄ cognoscāt: qñ. s. est alia cognitio uilium ⁊ nobilium: ⁊ uiliū ꝓsideratio cō sideratione nobilium impedit.

Q⁹ deus cognoscit mala. LXXII.

Ē restat ostēdere q⁹ deus ēt cognoscat mala. Bono n. cognito malū oppositū cognoscitur: sed de⁹ cognoscit oia pticularia bona quibus mala opponūt: cognoscit igitur de⁹ mala. Pre. ꝓtrioz rōnes i aīa non sī ꝓtrarie: alˢ nō simul essent i aia: nec sil' cognoscerēt: rō ḡ q̄ cognoscitur malū: nō repugnat bono: sz magis ad rōnem bōi ptinet: si igit in deo ꝓpter suā absolutā pfectionē iueniūt oēs rōnes bonitat|: ut supra oñsum ē: reliquit q⁹ in ipso sit rō q̄ malum cognoscit: ⁊ sic ē ēt maloz cognoscitiuus. Itē uez ē bonū itellectus: ex hoc. n. aliquis itellectus dī bon⁹ q⁹ uez cognoscit: verū āt non solū ē bonuz eē bonū: sz ēt malū esse malū: sicut. n. uerū ē esse quod ē: ita uerū ē nō esse: quod nō ē: bonū igit itellectus ēt in cognitione mali ꝓsistit: sz cū diuinus intellectus sit pfectus bonitate: nō pōt deesse sibi aliq̄ itellectualiū pfectionum: adest igitur sibi maloz cognitio. Amp̄. deus cognoscit rerū distinctionē: ut supra oñsuz ē: sz i rōne distictiōis est negatio: distincta. n. sunt: quorū unū ñ ē aliud: vñ ⁊ prima q̄ se ipis distigūt mutuo negationem icludūt: rōne cuius negatiue

ꝓpositiones i eis sī imediate:ut nulla quātitas ē substātia:cognoscit.n. de⁹ negationez:priuatio āt q̄dā negatio est i subiecto determinato:ut in. iij⁹. metha. oñditur:cognoscit igit ꝑuationē:ꝛ p ꝓns malū q̄ nihil est aliud q̄ priuatio debite pfectionis. ¶Pre. si deus cognoscit oēs spes rerū:ut supra oñsum ē ꝛ ꝓbatū:ꝛ ēt a quibusdā phis cōceditur ꝛ ꝓbat:oz q̄ cognoscat ōria:tū q; q̄rūdam generū spes sī ōrie:tum q; dīie genez sī ꝓtrarie: ut pz in. xi. metha. sed i ꝓtrarijs includitur oppositio forme ꝛ priuatiōis:vt ibidē hētur:ḡ oz q⁹ de⁹ cognoscat ꝑuationē:ꝛ sic p ꝓns malum. ¶Ad hec deus nō solū cognoscit formā sed ēt māz:ut supra oñsum est:mā āt cum sit ens in potētia cognosci pfecte non pōt:nisi cognoscat ad q̄ eius potentia se extēdit:sicut ꝛ in oibus alijs potentijs accidit: extēdit āt se potētia mātie ꝛ ad formaz et ad priuationē:qō.n.esse pōt:pōt ēt ꝛ non eē:ergo deus cognoscit priuationē:ꝛ sic cognoscit p ꝓns malum. ¶Itē si deus cognoscit aliquid aliud a se: maxime cognoscet qō ē optimum:hoc āt ē ordo uniuersi: ad quē sicut ad finē oia particularia bona ordināt: i ordine āt uniuersi sī quedā q̄ sī ad remouenduz nocumēta q̄ possēt ex q̄busdā alijs ꝓuenire:vt pz i his q̄ dātur aialibus ad defensionē:ergo b⁹ moi nocumēta de⁹ cognoscit:cognoscit igitur mala. ¶Pre. i nobis maloz cognitio nūq̄ uituperatur fm id qō p se scie est. i. fm iudicium qō hētur de malis sz p accns:fm q⁹ p ꝓsiderationem maloz uz iterdū aliq̄s ad malum iclinat:hoc āt nō est i deo qz ītabilis ē:ut supra oñsum ē:nihil igit prohibet q̄n deus mala cognoscat. Huic āt cōsonat qō dī Sap̄. vij. q⁹ dei sapiam non uicit malitia. prouer. xv. infernus ꝛ pditio coꝛā dño:ꝛ in ps. Delicta mea a te non sī abscondita. Job. xi. dī. Ipe nouit hoium uanitatē:ꝛ uidens iniquitatē nōne cōsiderat:Sciēdū tn̄ q⁹ circa cognitionē mali ꝛ priuationis aliter se hz itellectus dinus atq; aliter itellectus noster:nā cū itellectus noster singulas res p singulas spes ꝓprias cognoscat ꝛ diuersas: id qō est in actu cognoscit per spem intelligibilem: per quam fit itellectus i actu:vñ et potētiā cognoscē pōt i q̄tum ad talē spem q̄nq; se hz i potentia: ut sicut actum cognoscit p actum:ita ēt potentiaz p potentiā cognoscat:ꝛ qz potētia est de rōne ꝑuationis. nā ꝑuatio est negatio:cuius subiectum ē ens i potentia:sequit q⁹ itellectui nōn cōpetat aliq̄ mō cognoscere priuationē:in q̄tum ē natus eē in potentia:lz ēt dici possit q⁹ ex ipsa cognitione actꝰ se q̄tur cognitio potētie ꝛ ꝑuationis:itellectus āt diuinus q̄ nullo mō est i potentia nō cognoscit mō p̄dicto priuationem nec aliq̄d aliud:naz si cognosceret aliquid per spem que nō est ipse:seq̄retur ō necessitate q⁹ ꝓportio eius ad illā spem esset:sicut ꝓportio potētie ad actum. vñ oz q⁹ ipse itelligat solum p spem q̄ est sua essētia:ꝛ p ꝓns q⁹ itelligat se tantum sicut primū itellectū:ꝛ itelligēdo tn̄ se cognoscit alia:sicut supra oñsum est:non solum āt actus sz potētias ꝛ priuationes:ꝛ hic est sensus verboꝛ quē phs ponit in. iij⁹. de aia dicens:aut q̄ mō malum cognoscit aut nigrū:ōria. n. quodam mō cognoscit:oz āt potentiā esse cognoscēs ꝛ eē i ipso:si uero alicui nō inē cōtrariū. s. i potentia se ipsū cognoscit ꝛ actu est ꝛ sepabile:neoz oz seq̄ ex positionē Auerroys:q̄ vult q⁹ ex hoc seq̄tur q⁹ intellectus qui ē tm̄ in actu:nullo mō cognoscat priuationē:sed sēsus ē q⁹ non cognoscat priuationez per hoc q⁹ est in potētia ad aliquid aliud:sz p hoc q⁹ cognoscit se ipsum:ꝛ est sēper actu. ¶Rursus sciendū:q⁹ si deus hoc mō se ipsū cognoscēt. q⁹ cognoscēdo se non cognosceret alia entia q̄ sī particularia bona:nullo mō cognosceret priuationē aut malū:qz bono qō est ipse non ē aliqua ꝑuatio opposita:cū priuatio ꝛ suum oppositū sint nata eē circa idē:ꝛ sic ei qō est actus purus nulla priuatio opponitur:ꝛ per ꝓns nec malum:vñ posito q⁹ deus se solū cognoscat cognoscendo bonū:qō est ipse non cognosceret malū:sed qz cognoscēdo se cognoscit ēt entia:in q̄bus nate sī esse priuationes: necesse ē ut cognoscat priuatiōes oppositas ꝛ mala opposita particularibus bonis. Sciendū ēt q⁹ sic deus absq; discursu intellectus cognoscēdo se cognoscit alia:vt supra oñsum est:ita nō oz q⁹ eī⁹ cognitio sit discursiua:sī per bona cognoscit mala: nā bonum ē q̄i rō cognitionis mali:cū malū nihil sit aliud q⁹ priuatio boni:vñ fm hunc solum modū ē cognoscibile:nam unūq̄q; q̄tum hz de esse tm̄ habet de cognoscibilitate.

¶Qz deus sit uolens. LXXIII.

Expeditis his que ad dini itellect⁹ cognitionē ptinēt:nūc restat ꝓsiderare de dei uoluntate. Ex hoc.n.q⁹ deus est itelligens seq̄t q⁹ sit uolēs:cū.n. bonū itellectū sit ꝓpriuz obiectū uolūtatis:oz q⁹ bonū intellectum i q̄tū h⁹ sit volitū:itellectus āt dī ad itelligentē:neēe est igit q⁹ itelligens bonū in q̄tū h⁹ moi sit uolēs:deus āt itelligit bonū:cū. n. sit pfecte itelligēs:ut ex supradictis pz:itelligit ens sīl cū rōne boni:est igit uolēs. ¶Ad hec. cuicunq; iest aliq̄ formaz:hz p illā formā hitudinez ad ea q̄ sī i rerū nā:sicut lignū albū p suā albedinem ē aliq̄bus sīle ꝛ q̄busdā dissīle:i itelligēte āt ꝛ sēti ente ē forma rei itellecte ꝛ sensate:cū oīs cognitio sit p aliquā sīlitudinē:oz igī eē hitudinē itelligen

tis ⁊ sẽtiẽtis ad ea q̃ sĩ intellecta ⁊ sẽsata fm q̃ sũt i rerũ nã: ñ ãt hoc ẽ p hoc q̃ itelligũt ⁊ sentiũt: nã p hoc magꝭ attẽderẽt hitudo rerũ ãd itelligẽtez ⁊ sẽtientẽ: q̃ itelligere ⁊ sẽtire ẽ: fz q̃ res sũt i itellectu ⁊ sẽsu scõm modũ utriusq̃: hz ãt hitudinẽ sentiẽs ⁊ itelligẽs ad rẽ q̃ est extra aiam p uolũtatẽ ⁊ appetitũ: vñ oia sentiẽtia ⁊ itelligẽtia appetunt ⁊ uolũt: volũtas tñ ꝓpꝛie in itellectu ẽ: cũ igit deus sit intelligẽs: oz q̃ sit uolẽs: ¶ Amꝑ. illud qõ ꝓse quit õe ens: ꝓuenit enti i q̃tũ ẽ ens: qõ ãt ẽ hꝫ mõi oz q̃ i eo maxime iueniat qõ ẽ pꝛimũ ens: cuilibet ãt enti cõpetit appetẽ suã pfectionẽ ⁊ cõseruatio nẽ sui eẽ: vnicuiq̃ tñ secũdũ suũ modũ: itellectua liꝫ quidẽ p uolũtatẽ: aialibꝫ p sẽsibilẽ appetitũ: carẽtibus uero sẽsu p appetitũ nãlem: aliq̃ tñ que hñt ⁊ q̃ non hñt: nã ea q̃ ñ hñt appetitiuã uirtutẽ sui generis desiderio tẽdũt ad acquirẽdum qõ eis deest: q̃ ãt hñt: quietãt in ipso: hoc igit ꝑmo enti qõ deꝫ ẽ deesse ñ põt: cũ igit ipse sit itelligens: iest sibi uolũtas q̃ plz sibi suũ eẽ ⁊ sua bonitas. ¶ Itez itelligere q̃to pfectius ẽ: tãto delectabilius ẽ itelligẽti: sed deꝫ itelligit: et suũ itelligere ẽ pfectissimũ: vt supꝛa oñsũ ẽ: g̃ intelligẽ ẽ ei delectabilissimum: delectatio ãt itelligibile est p uolũtatẽ sic delectatõ sẽsibilis ẽ p cõcupiscẽtie appetitũ: ẽ igz i deo uolũtas. ¶ Pre. forma p itelletũ ꝓsiderata ñ mouet nec aliq̃d cãt nisi mediãte uolũtate cuiꝰ obiectũ ẽ finis ⁊ bonũ a q̃ mouet aliq̃s ad agendũ: vñ intellectꝰ speculatiuꝰ ñ mouet necꝫ imaginatio pura absqꝫ estiatione boni uel mali: sz forma itellectus dini ẽ cã motꝫ ⁊ eẽ in alĩs: agit. n. res p intellectũ: vt ifra oñdet: oz igitur q̃ ipse sit uolẽs. Itẽ i uirtutibus motiuis ⁊ hñtibꝰ intellectũ ꝑmo iuenit uoluntas: nã uolũtas oẽm potẽtiã applicat ad suuz actũ: itelligimus. n. qz uolumꝰ: imaginamur quia volumꝰ: ⁊ sic de aliis: ⁊ hoc hz qz obiectũ eius est finis q̃uis itellectus ñ secũdũ modũ cãe efficiẽtis ⁊ mouẽtis sz secũdũ modũ cãe finalis moueat uoluntatẽ ꝓponẽdo sibi suũ obiectũ: qõ est finis: ꝑmo q̃ mouẽti ꝓuẽit maxime hẽre uolũtatẽ. ¶ Pre. liberꝫ ẽ qõ sui cã ẽ: ⁊ sic liberꝫ hz rõnem eius: qõ ẽ p se: uolũtas ãt ꝑmo hz libertatẽ i agẽdo: in q̃tũ n. uolũtarie agit q̃: dz libere agere quãcũq̃z actionẽ: ꝑmo igit agenti maxime cõpetit p uolũtatem agere: cui maxime cõpetit p se agere. ¶ Amꝑ. finis ⁊ agens ad finẽ sp uniꝰ ordis iueniũt i rebꝰ: vñ ⁊ finis ꝓximus q̃ est ꝓportionatꝰ agenti icidit in idẽ spẽ cũ agente tã i nãlibus q̃ i artificialibus: nã forma artis p quã artifex agit ẽ spes formẽ q̃ ẽ i mã: q̃ ẽ finis artificis: ⁊ forma ignis generãtis q̃ agit ẽ eiusdẽ spei cũ forma ignis geniti: que ẽ finis generatiõis: deo ãt nihil coordinat q̃i eiusdẽ ordinis: nisi ipse alꝫ essent plura ꝓma: cuiꝰ ꝓrium oñsum est supꝛa: ipse igitur ẽ ꝑmũ agens ꝓpter finẽ qui est ipsemet: ipse igitur ñ solũ ẽ finis appetibilis: sed appetens ut ita dicã se finez ⁊ appetitu intellectuali: cum sit intelligens: qui ẽ uolũtas: est igitur in deo voluntas. Hanc ãt dei uoluntatem sacre scripture testimonia ꝓfitẽt. Dr. n. i ps. Oia q̃cunq̃z uoluit fecit dñs: ⁊ Ro. ix. Voluntati eius quis resistit:

Q. uolũtas dei sit eiꝰ essẽtia. LXXIIII.

SEd hoc autẽ apparet q̃ sua uolũtas non est aliud q̃ sua essentia. Deo. n. ꝓuenit esse uolentem in q̃tum est itelligens: ut oñsum est: est ãt itelligẽs per essentiã suã: vt supꝛa ꝓbatũ est: ergo ⁊ uolẽs: est igitur uolũtas dei ipsa eius essentia. Ad hec. sicut itelligere ẽ pfectio itelligẽtis: ita ⁊ uelle uolentis. utrũq̃z. n. ẽ actio in agente manens non ãt trãsiens i aliq̃d passũ sicut calfactio: sed intelligere dei est eiꝰ esse: vt supꝛa ꝓbatũ est: eo q̃ cũ esse diuinũ sit fm se pfectissimũ nullã supuenientem pfectionẽ admittit: vt supꝛa oñsum est: ẽ igit ⁊ diuinũ uelle esse ipsius: g̃ uolũtas dei ẽ eiꝰ essẽtia. Amꝑ. cũ õe agẽs agat in q̃tũ actu ẽ: oz q̃ deꝰ q̃ est actus purus p suã essentiã agat: velle ãt ẽ q̃daz dei operatio: oz igz q̃ deꝰ p suã essentiã sit uolẽs: sua igit uoluntas ẽ sua essẽtia. Itẽ si uolũtas esset aliq̃d additũ dine substãtie: cũ diuina substãtia sit quid completũ in eẽ: seq̃retur q̃ uolũtas aduenirꝫ ei q̃si accidens subiecto: seq̃retur ẽt q̃ diuina substantia cõpareꝫ ad ipsã q̃ potẽtias ad actũ: ⁊ q̃ eẽt ꝓpõ i deo: q̃ oia supꝛa ꝓbata sẽ: ñ ẽ igitur possibile q̃ dina uolũtas sit aliquid additũ dine essentie.

Q. ꝑncipale uolitũ dei ẽ dina essẽtia. LXXV.

SEd hoc autẽ ulteriꝰ apparet: q̃ ꝑncipale dine uolũtatis uolitũ ẽ eius essẽtia. Bonũ. n. itellectũ est obiectum uolũtatis ut supꝛa dcm est: id ãt qõ a deo ꝑncipaliꝫ itelligit ẽ dina essẽtia: ut ꝓbatũ ẽ: dina igz essentia - id de q̃ ꝑncipaliꝫ est dina uoluntas. Item appetibile cõparatur ad appetitũ sic mouens ad motũ: vt supꝛa dcm est: ⁊ silr se hz uolitũ ad uolentẽ: cũ volũtas sit de genere appetitiuaꝝ potentiarũ i nobis: si igitur uolũtatis dine sit aliud ꝓcipale uolitũ q̃ dei essentia: seq̃t q̃ aliquid aliud sit supius dina uolũtate qõ ipsã mouet: cuius ꝛriũ ex ꝓdctis pz. ¶ Pre. ꝑncipale uolituz unicuiq̃ uolẽti est cã uolendi: cũ. n. dicimꝰ: uolo ambulare: vt saner: cãm nos reddere arbitramur: et si q̃ratur: q̃re uis sanari: ꝓcedetur i assignatione cãrum: q̃usq̃z perueniatur ad finem ultimũ: qui est ꝑncipale uolitũ: qõ est cã uolenti p se ipsum: si igz deꝰ aliquid aliud uelit principaliꝫ q̃ seipsum: sequetur: q̃ aliquid aliud sit ei causa uolendi: sed suum uelle est suum esse: ut ostensum est:

ergo aliquid aliud erit ei cā essēdi: quod ē contra rōnem p̄mi entis. Ad hec. unicuiq; uolēti p̄cipale uolitū ē suus ultimus finis: nā finis ē p̄ se uolit⁹ et p̄ quē alia fiūt uolita: ultimus āt finis ē ipse de⁹ qz ipse ē sūmum bonū: vt oñsum ē: ipse igit ē p̄incipale uolitū sue volūtatis. Amp̄. vnaq; uirtus ad suū obiectū p̄ncipale fm eq̄litatē p̄portionat: nā uirtus rei scōm obiecta mēsurat ut pz per ph̄m in p̄mo ce. et mun. uoluntas igit essētie ex eq̄ p̄portionat suo p̄ncipali obiecto: et sil⁹ itellect⁹ et ēt sēsus: dine āt uolūtati nihil ex eq̄ p̄portionat: nisi eius essētia: igit p̄cipale obiectū dine uolūtatis ē dina essētia: cū āt dina essētia sit dei itelligē et oia alia q̄ i ipso eē dicūt: manifestū est qz eodē mō p̄ncipalit⁹ vult se itelligē: se uelle: se esse unū: et quic qd aliud ē h'mōi

Qz deus volendo se vult ēt alia. LXXVI.

Hinc āt ostēdi potest qz de⁹ volēdo se: vult ēt alia. Cui⁹ n. ē velle finē: eius ē uelle ea q̄ sūt ad finē rōne finis: ē āt de⁹ ultim⁹ rerū finis: vt ex p̄dictis aliq̄ten⁹ pz: ex hoc igit qz vult se eē: ēt alia vult q̄ i ipsū sic i finē ordinant. Itē unusq̄sq; ei⁹ qd est p̄pter se ipsū ab ipso uolitū et amatū pfectionez desiderat: q̄. n. p̄pter se amam⁹: uolumus eē optima et sēp melioza et multiplicari q̄tum possibile ē: ipe āt deus suā essentiā p̄pter se ipam vult et amat: nō āt scōm se augmētabil⁹ et multiplicabilis ē: vt ex supradictis manifestū ē: sz solū multiplicabilis ē secūdū suā sil⁹itudinē q̄ a mult⁹ p̄ticipatur: vult igit de⁹ rerū multitudinē ex hoc qz suā essentiā et pfectionē vult et amat. Amp̄. q̄cūq; amat aliquid secūdū se et p̄pter ipsum: amat p̄ ons oia i q̄bus illud iuenit: ut q̄ amat dulcedinē p̄pter ipsa: oz qz oia dulcia amet: sed de⁹ suum esse et secūdū se et p̄pter ipsū vult et amat: vt supza oñsuz ē: oē āt aliud eē ē q̄dā sui esse secūdū sil⁹itudinē p̄ticipatio: ut ex p̄dictis aliq̄tenus pz: relinq̄t igit qz deus ex hoc ipo qz vult et amat se: vult et amat alia. Ad hec. deus volendo se vult oia q̄ in ipo sūt: oia āt q̄dāmō p̄exist⁹unt in ipso p̄ p̄prias rōes vt supza oñsum ē: deus igit uolēdo se ēt alia vult. Itē qz to aliquid ē pfectioris uirtutis. tanto sua cālitas ad plura se extendit: et in magis remota: ut supza dcm est: cālitas āt finis in hoc consistit qz p̄pter ipsum alia desiderantur: quanto igitur finis est perfectioz et magis uolitus: tāto uoluntas uolētis finē ad plura extēditur rōne finis illius: diuina āt essentia est perfectissima in rōne bonitatis et finis: igitur diffundet suam cālitatem maxime ad multa: vt propter ipsam multa sint uolita: et p̄cipue a deo: qui eam secundū totam suaz uirtutem perfecte vult: Preterea uoluntas conseq̄tur intellectū: sed deus suo intellectu intelligit se p̄ncipaliter: et i se intelligit oia alia: igitur limiliter p̄cipaliter vult se et uolēdo se vult oia alia. Hoc āt auctoritate sacre scripture confirmatur. Dicitur. n. Sap̄. xi. Diligis oia que sunt: et nihil eoz odisti q̄ fecisti.

Qz deus uno actu volūtatis se et omnia alia uelit. LXXVII.

Hoc āt habito sequitur qz de⁹ uno actu uoluntatis se et alia uelit. Omnis enim uir⁹ una operatiōe ul' uno actu fertur in obiectū et in rōnē formalē obiecti: sicut eadē uisione uidemus lumē et colorē: qui fit uisibilis actu per lumen: cū autez aliquid uelimus p̄ter finem tantum: id quod p̄pter finem desideratur: accipit rationez uoliti ex fine: et sic finis cōparatur ad ipsum: sic rō formal' ad obiectum: vt lumē ad colorē. cuz igit de⁹ oia alia velit p̄p̄t se: sicut p̄pter finē vt oñsū est: vno actu voluntat⁹ vult se et alia. Amp̄. quod p̄fecte cogscit et desiderat fm suā totā vtutez cognoscit et desiderat: finis autē vt⁹ est nō solum fm qz in se desiderat sz etiā fm qz alia fiūt appetibilia p̄pter ipsū: q̄ igit pfecte desiderat finē: vtroq; mō ipsuz desiderat: sz nō ē ponē aliquē actuz dei volent⁹ q̄ velit se: et q̄ non velit se pfecte cū in eo nihil sit in pfectū: quolibet igit actu q̄ de⁹ vult se: vult se et alia p̄p̄t se. alia vo a se nō vult: nisi i ordinē vult se vt p̄batuz est: relinquit igitur qz se et alia nō alio et alio actu voluntat⁹ vult sz vno et eodem. Ad hec. sicut ex supradict⁹ pz: in actu cognoscitiue vtutis discursus attenditur secunduz quod semotim cognoscim⁹ p̄ncipia et ex eis in cl̄ones venimus: si. n. in ipsis p̄ncipijs itueremur cl̄ones ipa p̄ncipia cognoscendo non eēt discursus: sicut nec quando aliquid uidemus in speculo: sicut aūt p̄incipia se hñt ad cl̄ones i specularibus: ita finis ad ea q̄ sūt ad finē i opatiuis et appetitis: nā sic cōclones cogscim⁹ p̄ p̄ncipia. ita ex fine p̄cedit appetit⁹ et opatio eoz q̄ sūt ad finē. si igit alicui semoti velit finē et ea q̄ sūt ad finez. erit q̄dā discursus in eius voluntate hoc aūt in deo eē est impossibile. cū sit extra oēm motū. relinq̄t igitur qz sil' et eodē actu voluntat⁹ de⁹ vult se et alia. Itez. cū de⁹ sp velit se. si alio actu vult se: et alio alia. sequet qz sil' sint in eo duo actus vo untatis: quod ē impossibile nam vn⁹ simplicis potētie non sūt sil' due opationes. Preterea. in oī actu uolūtat⁹ volitū p̄pat ad volentē vt mouēs ad motuz. si igitur sit aliq̄ actio voluntat⁹ ex qua vult alia a se: dīsa a voluntate q̄ vult se. in illa erit aliquid aliud mouens oi uinaz voluntatem qua vult se qz est impossibile. Amp̄. velle dei ē suuz esse vt p̄batū est. sz i deo non est nisi vnum esse. ergo non est ibi nisi vnuz velle Item velle competit deo: secundum qz est

intelligens: sicut igit uno actu intelligit se ⁊ alia in ꝙrum essẽtia sua est exemplar oiuz: ita uno actu vult se ⁊ alia i ꝙtũ sua bõitas ẽ rõ ois bonitatis.

Q̃z volitoꝝ multitudo nõ repugnat simplicitati diuine substantie. LXXVIII.

EX hoc autẽ sequi tur ꝙ volitoꝝ multitudo ñ repugnat unitati ⁊ simplicitati diuine substantie. Nã actꝰ secundũ obiecta distinguñt: si igit uolita plura q̃ deꝰ vult inducerẽt i ipso aliquã multitudinẽ: sequẽt ꝙ nõ esset i eo una tm̃ opatio uoluntatꝭ: quod ẽ ꝓtra ꝓfessa. Itẽ oñsum est ꝙ deus alia vult: in ꝙtũ vult bonitatẽ suã: hoc ꝯ mõ ꝓparant aliq̃ ad uolũtatem dei: q̃ ꝓprehẽdũt a bonitate eiꝰ: sz oia in bonitate eiꝰ unũ sũt: sẽ. n. aliq̃ in ipo secundũ modũ eiꝰ. s. mãlia imãlit ⁊ mlta unite: vt ex supradictꝭ pz: relinq̃t igit ꝙ multitudo uolitoꝝ non multiplicat diuinã substãtiã. Ꝓre. dinꝰ itellectꝰ ⁊ uoluntas sit eẽlis simplicitatꝭ. qz utrũq; diuina ẽ substãtia: vt ꝓbatum ẽ: multitudo ãt intellectoꝝ ñ inducit mltitudinẽ in essẽtia dina neq; ꝓpositionẽ in itellectu eiꝰ: ꝯ neq; multitudo uolitoꝝ iducit aut diuersitatẽ i cẽntia dina aut compositionem i uolũtate. Amp̃. hoc inẽ cognitionẽ ⁊ appetitũ itẽst: ꝙ cognitio fit secundũ ꝙ cognitũ est aliq̃ mõ i cogñcente: appetitꝰ ãt non: sz eõ fm ꝙ appetitus refert ad rẽ appetibilẽ: in ꝙtũ appetẽs ãrit in q̃ quiescat: ⁊ ꝓpter hoc bonũ ⁊ malũ q̃ respitiunt appetitũ st̃ in rebꝰ: vez ãt ⁊ flm q̃ respiciunt cognitionẽ st̃ in mente: vt ꝓbus dic̃ in. vi. metha. Q̃ ãt aliquid ad multa se hẽat nõ repugnat simplicitati eiꝰ: cũ ⁊ unitas sit multoꝝ numeroꝝ ꝓncipiũ: multitudo igit̃ uolitoꝝ a deo non repugnat eius simplicitati.

Q̃ volũtas diuina ad singularia bona se extendit. LXXIX.

EX quo etiã appa ret ꝙ non oz nos dicẽ ad ꝓseruandaz simplicitatẽ diuinã: ꝙ uelit alia bõa in q̃dã uniuersitate: i ꝙtum vult se eẽ ꝓncipiũ bonoꝝ: q̃ ꝓñt ab ipso fluere: non ãt uelit ea i ꝑticulari. Nã uelle ẽ fm cõpationem uolẽd ad rẽ uolitã: ñ ãt ꝓhibet diuina simplicitas q̃n possit cõpari etiã ad mlta ꝑticularia. dz. n. deꝰ optimũ ul ꝓmũ ẽt respectu singulariũ: ꝯ sua simplicitas nõ ꝓhibet q̃n in spali uel ꝑticulari alia a se uelit. Itẽ uoluntas dei ad alia compat in ꝙtũ bonitatẽ ꝑticipãt ex ordine ad bonitatem dinam: q̃ est rõ uolendi deo sz nõ solũ uniuersitas bonoꝝ: sed et singulũ eoꝝ a bonitate dina bonitatẽ sortit sic̃ ⁊ eẽ: voluntas igit̃ dei ad singula bonoꝝ se extẽdit. Amp̃. fm phm in. xi. metha. duplex bonũ ordinis iuenit i uniuerso. Unum q̃dem secundũ ꝙ totũ uniuersũ ordinatur ad id quod ẽ extra uniuersũ: sic̃ exercitꝰ ordinatur ad ducẽ. Aliud secũdũ ꝙ ptes uniuersi ordinãt ad inuicẽ: sic̃ ⁊ ptes exercitꝰ ad inuicẽ. Secundus ãt ordo ẽ ꝓpr̃ ꝓmum: deus ãt ex hoc ꝙ vult se: ut finis ẽ: vult ãt alia q̃ ordinãt in ipsũ vt in finẽ: sic̃ ꝓbatũ ẽ: vult igit̃ bonum ordinis totiꝰ ⁊ uniuersi in ipsũ ⁊ bonũ ordinis uniuersi scõm ptes suas ad iuicẽ: bonum ãt ordinis ꝓsistit ex singulis bonis: vult igit̃ et singula bona. Ꝓre. si deus nõ vult singula bona ex quibꝰ ꝓstat uniuersũ: seq̃t ꝙ in uniuerso sit a casu ordinis bonũ: non ẽ. n. possibile ꝙ aliq̃ pars uniuersi oia ptcularia bona componat i ordinez uniuersi: sz sola vlis cã totius uniuersi q̃ deꝰ ẽ: q̃ ꝓ suã uoluntatẽ agit. ut infra oñdet: ꝙ ãt ordo uniuersi sit casualis ẽ ipossibile: qz sequẽt ꝙ mlto magis alia posteriora essẽt casu: relinq̃t igit̃: ꝙ deus ẽt singula bonoꝝ vult. Ad hec. bonũ itellectũ in ꝙtum hmõi est uolitũ: sz deꝰ itelligit ẽt ptcularia bona: vt supra ꝓbatũ ẽ: vult igit̃ et ptcularia bona. Hoc ãt auctate scripte ꝓfirmat: q̃ Gene. ꝓmo ad singula opa cõplacẽtia dine uolũtatꝭ oñdit dicens. Uidit deus lu. ꝙ esset bona: siꝝ de aliis opibꝰ: ⁊ pea de oibus sic̃. Uidit deꝰ cũcta q̃ fe. ⁊ erãt valde bona.

Q̃ deꝰ vult ẽt ea q̃ nondũ sũt. LXXX.

EX his autem que supra ostēsa sūt: de necessitate habet q̄ deus ē viuēs. Ostēsū ē. n. deū esse intelligentē ⁊ volentē: itelligere aūt ⁊ velle nō nisi viuētis ē: est ergo deus viuēs. Ad hoc viuere fm hoc aliquibus attribuū est q̄ visa sūt per se non ab alio moueri: ⁊ ppter hoc illa q̄ vident per se moueri quoz motores vulgus nō pcipit per similitudinē dicim' viuē: sicut aquā viuā fontis fluentis nō aūt cisterne vel stagni stātis: ⁊ argētū viuū qđ motū quēda hīe videt: ppe. n. illa sola mouētur per se que mouēt seipsa cōposita ex motore ⁊ moto sicut aiata: vñ hec sola ppie viuē dicimus alia vo oia ab aliq̄ exteriori mouent vel generāte vel remouēte phibēs vel in pellēte: ⁊ quia opationes sensibiles cū motu sūt: vlterius oē illud quod agit se ad ppas opatiōes q̄uis nō sit cū motu dī viuere: vñ itelligere appetere ⁊ sentire actiones vite sūt: sed de' maxime nō alio sz a se ipo opat cuz sit pma cā agēs: maxime ḡ cōpetit ei viuere. Itē dīnū esse omnē pfectionē essendi cōphendit vt supra ostensum est: viuē aūt ē quoddā esse pfectum vñ viuētia in ordine entiū nō viuētibus pferūtur dīnū ergo esse ē viuere: ipse ḡ est viuens. Hoc autē ēt auctoritate dine scripture confirmatur. Dī. n. Deut. xxxij. ex ore dñi dicā. Uiuo ego in eternuz ⁊ ips: Cor meū ⁊ caro mea exul. in deū me. viuū.

Q̄ deus est sua vita. LXXXIX.

EX hoc patet ulterius q̄ deus sit sua vita. Uita eni viuētis ē ipm viuē in quadā abstractōne signatū: sicut cursus secunduz rē nō ē aliud q̄ currere: viuere aūt viuētiū ē ipm eē eoz vt patet p phm i. ij. de aīa: cū. n. ex hoc aīal dicat viuēs q̄ aīam hz fm quā hz esse vtpote fm ppriā formaz: oz q̄ viuere nihil sit aliud q̄ tale eē ex tali forma ꝓueniens: de' āt ē suuz esse vt supra ꝓbatuz ē: est ergo suū viuere ⁊ sua vita. Itez suum itelligē qđā viuere vt pz p phm in. ij. de aīa: nā viuere ē act' viuentis: de' āt est suū intelligē vt supra oñsuz est: ḡ est suum viuere ⁊ sua vita. Amp. si de' nō eēt sua vita: cū sit viuens vt oñsuz est seq̄ret q̄ eēt viuens p pticipationē vite oē aūt qđ est p pticipatōz reducit ad id quod ē per seipsū: de' ergo reduceret in aliquod ꝑius p quod viueret: q̄ est inpossibile vt ex dictis pz. Adhuc: si sit viuēs deus vt oñsum est oz i ipso vita eē si ḡ non sit ipse sua vita erit aliq̄d in ipso q̄ non est ipe: ⁊ sic erit cōpositus q̄ supra i ꝓbatū ē: est igit de' sua vita: ⁊ hoc ē quod dicit Joh. xiiij. Ego sum vita.

Q̄ vita dei est sempiterna. C

EX hoc autē appareret q̄ vita ei' sit sempiterna. Nihil. n. desinit viuere nisi p sepationez vite: nihil aūt a seipo separi pōt: ois. n. sepatō fit p diuisionē alicuius ab alio: impossibile est ḡ q̄ de' desinat viuē: cū ipe sit sua vita vt oñsū est. Itez: oē illud quod q̄ñq̄z est ⁊ q̄ñq̄z nō est: ē p aliquā cām nihil. n. seipsū de nō eē ad esse adducit: qa quod nōdū est nō agit: dina aūt vita nō hz aliquā cām sicut nec dīnū eē: nō igitur q̄ñq̄z ē viuēs ⁊ q̄ñq̄z nō viuens sz sp viuit: est ḡ vita ei' sempiterna. Ad hoc: in q̄libet opattone opans manet lz interdum opatio transeat fz successionē: vnde ⁊ i motu mobile manz idē subiecto i toto motu lz ñ fm rōnē: vbi igitur actio est ipz agēs oz q̄ nihil ibi p successionē transeat sz totū sil' maneat: intelligē aūt ⁊ viuē dei est ipe de' vt oñsū ē: ḡ ei' vita nō hz successionē sz est tota sil': est igit sempiterna. Amp de' oio imobil' ē vt supra oñsū est: q̄ autem icipit aut desinit viuē vl in viuendo successionē patit: mutabile ē nā vita alic' incipit p gnātōez desinit āt per corruptionē: successio aūt ꝑt motū aliquē ē: de' ergo neq̄z icepit viuē neq̄z desinet viuē neq̄z iuiuēdo successionez patit: est ḡ ei' vita sempiterna. Dic est q̄ dī Deut. xxxij. ex ore dñi. Uiuo ego in eternū: ⁊. i. Joh. vlt. Dic est verus de': ⁊ vita eterna.

Q̄ deus est beatus. C I

RE stat aūt ex p̄miss ostendere deum eē beatuz. Cui' libet

enim intellectual' nãe ꝑtiũ bonũ ẽ bĩtudo: cuz ḡ deus sit itelligẽs: suũ ꝑpũ bonũ erit bĩtudo: nõ aũt cõpat' ad ꝑpũ bonũ sicut qõ i bonũ nõãũ habitũ tẽdit: hoc eni ẽ nãe mobilis ⁊ i potẽtia exñtis ſz sicut qõ iã obtinet ꝑptiũ bonũ: igit bĩtudinez nõ solũ desiderat sicut ⁊ nos ſz ea fruit: est igitur beat'. Amp. illud ẽ maxie desideratũ vel volitũ ab itellectuali nã qõ ẽ pfectissimũ i ipa: ⁊ hoc est et' bĩtudo: pfectissimũ autẽ in vnoquoqz est sua pfectissima opatio: nã potẽtia ⁊ hit' ꝑ opatiõez pficiũt: vnde phus dicit felicitatẽ eẽ pfecã opationẽ: pfectio ãt opatiõis depẽdet ex. 4. ꝑmo ex suo genẽ vt. ſ. sic sit manẽs in ipo opante: dico ãt opationẽ i ipso manẽtẽ: ꝑ quã non fit aliud ꝑt ipam opatiõez: sic vidẽ ⁊ audire: huiusmõi. n. pfectiões sũt eoz q̃rũ sũt opatiões: ⁊ pñt eẽ vltimi qz non ordinãtur ad aliqõ factũ qõ sit finis: opatio vero uł actio ex q̃ seqt' aliqd actũ ꝑter ipam est pfectõ opati nõ opantis: ⁊ ꝓpat' ad ipm sicut ad finẽ: et tõ talis opatio intellectual' nãe nõ ẽ bĩtudo siue felicitas. Scõo ex ꝓncipio opatiõis vt sit altissie potẽtie: vñ ſm opationẽ sensus nõ ẽ in nobis felicitas ſz ſm opationẽ intellectus ⁊ ꝑ habitũ pfecti Tertio ex opatiõis obiecto: ⁊ ꝓpter hoc i nobis vltia felicitas ẽ i itelligẽdo altissimũ itelligibile.

Quarto ex foꝛa opatiõis vt. ſ. pfecte facilit firmiter ⁊ delectabiliter opet: tlis aũt ẽ dei opatio: cuz sit itelligens: ⁊ suu' itellect' altissima vtutũ sit nec indiget hitu pficiẽte: qz in se ipso pfectus ẽ vt suꝑa oñsũ ẽ: ipe aũt se ipm itelligit q̃ ẽ sũmũ intelligibiliũ pfecte absqz oi difficultate ⁊ delectabilit: ẽ igit de' btus. Ad hoc ꝑ bĩtudinẽ desideriũ oẽ q̃etatur: qz ea habita nõ restat aliud desideraduz cũ sit vltim' finis: oz igit eũ eẽ btm q̃ pfect' ẽ q̃tuz ad oia q̃ desiderare põt. vñ Boet' dic q̃ bĩtudo ẽ status oium bonoꝛ ꝙgregatiõe pfectus: ſz talis est dina' pfectio q̃ oẽm pfectionẽ i q̃dã simplicitate ꝓphẽdit vt supra ostẽsũ ẽ: ipe igit vere btus est.

Itẽ q̃diu alicui deest aliqd q̃ idigeat nodũ btus ẽ qz ei' desideriũ nodũ ẽ q̃etatũ: q̃cũqz igit sibi sufficiẽs ẽ nullo idigẽs: ille ve btus ẽ: oñsũ ãt ẽ supra q̃ de' nõ idiget alĩs cũ a nullo exĩoi sua pfectio depẽdeat: nec alia vult ꝑpter se sicut ꝑt finẽ q̃si eis idigeat: ſz solũ qz hoc cõueniẽs est sue bonitati: est igit ipe btus. Preterea ostensũ est supra q̃ de' ñ põt velle aliqõ ipossibile: ipossibile ẽ aũt ei aliqd aduenire qõ nodũ hẽat: cũ ipe nullo modo sit i potẽtia vt oñsũ ẽ: igit nõ põt velle se hre qõ ñ hz: q̃cqd igit vult hz: nec aliqd male vult vt supra oñsũ ẽ: ẽ igit btus ſm q̃ a quibusdã beatus eẽ perhibet q̃ hz q̃cqd vult ⁊ nihil male vult. Eius enĩz bĩtudinẽ sacra scriptura ꝓtestatur. i. Thi. vlt.

Quẽ oñdet de' suis ptibus beatus ⁊ potens.

Q deus sit sua beatitudo. CII.

EX his autez apparet q̃ deus sit sua bĩtudo. Bĩtudo n. eius ẽ itellectualis opatio ipsiuſ vt ostẽsũ ẽ: supra aũt oñdimus q̃ ipsũ dei itelligẽ sit sua substãtia: ipe igit ẽ sua bĩtudo. Itẽ bĩtudo cũ sit vltimus finis ẽ id qõ q̃libet nat' ẽ hre vł habẽs ꝓncipalr vult ostensũ ẽ aũt supra quod deus principalit vult suã essentiã: sua igit essentia est sua beatitudo. Ad hec vnusquisqz in bĩtudinẽ suã ordinat q̃cqd vult: ipa eni ẽ que ꝓpter aliud nõ desideratur ⁊ ad quã termiat motus desideriꝫ vnũ ꝑpter aliud desiderantis ne sit infinit': cũ igit de' oia alia velit ꝓpt suã bonitatẽ q̃ ẽ sua essentia oz q̃ sicut ipse ẽ sua ẽntia ⁊ sua bõitas: ita sit sua bĩtudo: Preterea duo sũma bona esse ẽ ipossibile: si. n. aliqd vni decst q̃ alterũ hẽret neutrũ summũ bonũ esse bĩtudo etiã sũmũ bonũ oñdit esse ex hoc q̃ ẽ vltimus finis: ḡ bĩtudo ⁊ de' sũt idem est igitur deus sua beatitudo.

Q bĩtudo diuina pfecta ⁊ singularis ẽ excedens omnẽ aliã bĩtudinem. CIII.

ULterius autẽ ex ꝓmissis cõsiderari põt bĩtudinis dine excellẽtia. Quãto. n. aliqd ꝓpinq̃us ẽ bĩtudini tãto pfectius beatũ ẽ: vñ etsi aliqs ꝓpt aliquã spẽ bĩtudis obtinẽde beat' dicat: nullo mõ sua bĩtudo cõpat' eius bĩtudini q̃ eam iã actu cõsecutus ẽ: ꝓpinquissimũ ẽ aũt bĩtudini q̃ ẽ ipa bĩtudo q̃ de deo oñsũ ẽ: ipse igit ẽ singulariter pfecte btus. Itẽ cũ delectatio ex amore causet vt ostẽsũ ẽ: vbi ẽ maioꝛ amoꝛ: ⁊ maioꝛ delectatio i cõsecutione amati ſz vnũq̃qz ceteris paribꝫ plus se amat q̃ aliqd aliud: cuius signũ est q̃ q̃to aliquid alicui est ꝓpinquꝫ magis nãlit amat': plus igitur delectatur de' i sua bĩtudine q̃ est ipsemet q̃ alĩ bĩi in bĩtudine q̃ nõ est qõ ipsi sunt: magis igit desideriũ dei quiescit ⁊ pfectioꝛ est bĩtudo.

Preterea qõ ꝑ essentiã ẽ potẽ ẽ eo qõ ꝑ ptcipationẽ dr sicut nã ignis pfectius iuenit in ipso igne q̃ in rebus ignitis: deus aũt ꝑ essentiã suam btus ẽ: qõ nulli alĩ cõpetẽ põt: nihil. n. aliud ꝑter ipm põt eẽ sũmũ bonũ vt ex dictis patẽ põt: ⁊ sic oz vt quicũqz alius ab ipo beatus ẽ ptcipatiue dicatur btus: dina igit beatitudo oẽm aliã bĩtudinẽ excedit. Amp. bĩtudo iperfecta i opatiõe itellectus cõsistit vt oñsum ẽ: nulla aũt alia itellectualis opatio eius opationi eius ꝓpari põt: qõ ꝑz nõ solũ ex hoc q̃ ẽ sua opatio subsistẽs: sed quia, vna opatione deus se ipm ita pfecte itelligit sicut ẽ et oĩa alia que sũt ⁊ que nõ sũt bona ⁊ mala: i alĩs aũt intelligẽtibus itelligere ipm non est subsistens sed actus subsistentis: nec ipsum deũ qui ẽ sũmuz intelligibile aliquis ita perfecte/potest intelligere

sicut ipse perfectus est:cum nullius esse perfectuz sit sicut esse diuinū:nec alicuius opatio possit esse pfectioz q̄ sua substātia:nec ē aliqs alius itellect⁹ q̄ oia etiam q̄ deus facere pōt cognoscat: qz sic dīna essentiā cōphenderet:illa ēt q̄ intellectus alius cognoscit ñ oia vna z eadē opatione cognoscit:ī cōpabiliter igitur deus sup oia btūs ē. Itē q̄n to aliq̄d magis vnitū ē:tanto bonitas eius z vtus pfectioz ē:opatio aūt successiua fm diuersas ptes tpis diuidit:nullo igit mō eius pfectio pōt cōpari pfectioni opationis q̄ est absq; successione tota si mul z pcipue si non ī momēto trāseat sz in einuz maneat:dinū aūt intelligē ē absq; successiōe totū sīl einalit exns:nzm āt itelligē successionē hz i q̄tū adiūgit ei p accns cōtinuū z tēpus:dina igit bītu do i infinitū excedit hūanā:sicut duratio einitatl excedit nūc tpis fluēs. Ad hec fatigatio z ocu pationes varie q̄bus nccē est cōtēplationē nostrā in hac vita iterpolari in qua consistit pcipue hūa na felicitas si qua ē:pntis vite errozes z dubitatio nes z casus varij quibus subiacet pns vita: ostendūt oio icōpabilē esse hūanā felicitatē pcipue h⁹ vite dine beatitudini. Imp. pfectio dine beatitudinis cōsiderari pōt ex hoc q̄ ones beatitudines cōplectit fm pfectissimū modū:de cōtēplatia q̄dē felicitate hz pfectissimā sui z alioz ppetuam cōsiderationē:de actiua vo vita ñ vnius hois aut dom⁹ aut ciuitatis aut regni sz totius vniuersi gubernationem:falsa enim felicitas z terrena nō hz nisi quādam vmbram illius felicitatis pfectissime consistit enim in quiq; secundum Boetium.s.in voluptate:diuitijs:ptāte:dignitate:z fama:hz āt de⁹ excellētissimā delectationē de se z vle gaudiū de oib⁹ bonis absq; cōtrarij admixtiōe: pro diuitijs vo hz oīmodā sufficiētiā i se ipo oium bonorū vt supra ostensū ē:p ptāte hz infinitā vtutē: p dignitate hz oium entiū pmatū z regimē:pro fama āmirationē ois intellectus ipm vtcūq; cognoscētis. Ipse igitur qui singulariter beatus est: honor sit z gloria in secula seculorum amen.

Explicit liber primus Incipis secundus.

Cōtinuatio sequētiū ad precedentia. Cap. I.

Meditatus sum ī oibus operib⁹ tuis:z in factis manuū tuarū meditabar. Rei cuiuslibet perfecta cognitio haberi nō pōt nisi el⁹ opatio cognoscat. Ex mō.n. opatiōis z spē mēsura z q̄litas vtutis pensatur:vtus vo mām rei mōstrat:fm hoc.n. vnumquodq; natū ē opari q̄ actu talē nām sortit. Est aūt duplex rei opatio vt phūs tradit in.ix. metaphisice:Una quidē q̄ in ipso operante manet z ē ipsius opantis pfectio:vt sentire intelligere z velle. Alia vero que in exteri rē rem transit que est pfectio facti qō per ipsam constituit:vt calefacere secare z edificare:vtraq; aūt dictarū opationum cōpetit deo q̄dē pma i eo q̄ intelligit vult gaudet z amat:alia vero in eo q̄ res in eē producit z eas cōseruat z regit. Quia vero prima opatio pfectō opantis ē:secūda vero pfectio facti:agēs aūt nāliter pius facto ē z cā ipsius:oz q̄ pma dictarū opationū sit rō secūde z eam precedat nāliter sicut cā effectū:quod q̄dē in rebus hūanis manifeste apparz. Consideratio enī z volūtas artificis pncipiū est z rō edificationis:pma igit dictarū opationū tanq̄ simplex opātis pfectio:opatiōis vendicat sibi nomē vl etiā actiōis:secūda vo eo q̄ sit pfectio facti factionis nomē assumūt:vñ manufacta dicunt q̄ p actionē huiusmōi ab artifice in cē pcedūt:de pma aūt dei opatiōe in pcedēti libro iā dixim⁹ vbi est actū de cognitiōe z volūtate dina. vñ ad cōplētā dine vitatis considerationē restat nūc de secunda opatione tractare p quaz.s.res pducunt z gubernantur a deo:quē quidē ordinē ex pmissis verbis sumere possumus:pmittit nāq; pme opationis meditationē cuz dicit:medi.sū in oi.op.tu.vt opatio ad dinū intelligere vel velle referat: subiūgit vo factiōis meditationē cū dicit:z in fac.ma.t.me.vt per facta man⁹ ipsius intelligam⁹ celuz et terrā z oia q̄ pcedūt in esse a deo:sicut ab artifice manufacta procedunt.

Q̄z consideratio creaturaruz vtilis est ad fidei instructionem. II

Hijusmōi q̄idez dinoz factoz meditatio ad fidez hūanam instruendā de deo nccaria est. pmo quidē qz ex factoz meditatiōe dinam sapientiā vtcūq; possum⁹ z āmirari z cōsiderare. Ea enim que arte fiunt:ipsius artis sunt repsēt atiua vtpote ad similitudinem artis facta:deus āt sua sapia res in esse pduxit ppter qō in ps dicit⁹ Oia in sapientia fe. Unde ex factoz consideratione dinam sapientiam colligere possumus:sicut in rebus factis z quādam cōmunicationem sue similitudinis spersam. Dicitur.n. Eccī. pmo. Effudit illam.s.sapiam super omnia opera sua. vnde ps cum diceret. Mirabilis fac. est sci.tu.ex me. pfoz. est z non po. ad eā:z adiungeret diuine illuminationis auxilium:cum dicit noz illuminatio mea. rc̄.ex consideratione diuinoz operum se adiutum ad diuinam sapientiam cognoscendam confitetur dicēs. Mirabilia opera tua z anima mea cognoset nimis. ꝯ. hec ꝓsideratio in āmirationem altissime dei virtutis ducit z per ꝓns in cordibus hoīnum reuerentiā dei parit:oportet enim quod virtus facientis eminentioz rebus factis intelligat Et ideo dicitur Sap̄. xiij. Si virtutem et opera eorum scilicet celi et stellarum et elementoz mū

di mirati sunt scilicet phi. ⁊ intelligant qm̃ qui fecit hec:fortior est illis.⁊ Ro.ꝑmo dicit. Inuisibilia dei ꝑ ea que facta sũt intellecta conspiciunt̃ se: quoq; eius vir. Et di. Ex hac aũt admiratiõe dei timor ꝓcedit ⁊ reuerẽtia. Unde Jere.x. Magnũ ẽ nomẽ tuũ in fortitudine:quis ñ timebit te o rex gentiũ. Tertio hec consideratio aias hoiuz i amorẽ dine bonitatis accẽdit:q̃cq̃d.n. bonitatis ⁊ pfectionis in diuersis creaturis pticulariter distributũ ẽ:totum in ipso vniuersaliter est adunatũ sicut in fonte totius bonitatis vt in ꝑmo libro ostensuz est:si igitur creaturarum bonitas pulchritudo et suauitas sic aios hoium allicit: ipsius dei fontis bonitas riuulis bonitatũ in singulis creaturis reptis diligenter cõpata aias hoium inflãmatas totaliter ad se trahet:vnde in ps. dicit. Delectasti me dñe in fac.tu.et in opibus ma.t.ex. ⁊ alibi ꝺ filijs hoium dicit. Inebriabũtur ab vber.do.tue quasi totius creature:⁊ sic torrẽte volup.tu.pota. eos: qm̃ apud te est fons vite:⁊ Sap̃. xiij. dicitur ꝑtra quosdã. Ex his que vident bona.s.creaturis que sunt bona ꝑ quãdã participationẽ nõ potuerunt intelligere eũ qui est.s.vere bonus imo ipsa bonitas vt in ꝑmo ostensum est. Quarto hec cõsideratio hoies i quãdã similitudinẽ dine pfectiõis cõstituit:oñsum est eni in ꝑmo libro q̃ deꝰ cognoscẽdo se ipm̃ in se oia alia intuet:cũ igit̃ christiana fides hoiez de deo ꝓncipaliter instruit:⁊ per lumẽ diuine reuelationis eũ creaturarũ cognitorẽ facit:fit i homine quedaz diuine sapientie similitudo. Hic est qꝺ dr.ꝙ. Cor.i.iij. Nos vero oẽs reuelata facie gloriam dei speculantes in eandẽ imaginẽ trãsformamur. Sic igitur patet q̃ consideratio creaturaz pertinet ad instructionẽ fidei christiane: ⁊ iꝺ dicitur Eccl.xlij. Memor ero operũ dñi:⁊ que vidi ãnũciabo in ꝑmonibus domini opera eius.

Q cognoscẽ naturas creaturarũ valet ad destruẽdum errores qui sunt circa deum. III.

Est etiam necessaria creaturarũ cõsideratio nõ soluz ad veritatis instructionẽ sz etiam ad errores excludẽdos. Errores nanq; qui circa creaturã sunt interdum a fidei vitate abducũt ꝑm q̃ vere dei cognitioni repugnãt:hoc aũt multipliciter contingit. ꝑmo quidẽ ex hoc q̃ creaturaruz nãm ignorãtes i hoc peruertũt q̃nq; q̃ id qꝺ non põt nisi ab alio eẽ ꝓmã cãm ⁊ deũ cõstituũt nihil vltra creaturas q̃ vident estimãtes:sicut fuerũt illi qui corpus qꝺcunq; deũ estimauerũt: de q̃bus dicitur Sap̃.xiij. Qui aut ignẽ aut spiritũ aut citatũ aerẽ aut gyrũ stellarũ aut nimiã aquã aut solem ⁊ lunã deos putauerũt. Scꝺo ex hoc q̃ illud qꝺ dei solus est:creaturis aliquibus ascribũt qꝺ etiã ex errore circa creaturas contingit:qꝺ eni nã rei alicuiꝰ nõ patit̃ ei non attribuit nisi q̃ eius nã ignoratur:sicut si hoi attribuẽtur hẽ tres pedes: qꝺ aũt solius dei est:nã creature ñ patit̃: sicut qꝺ solius hois ẽ nõ patit̃ alteriꝰ rei nã:ex hoc ergo q̃ nã creature ignorat ꝑdictus error cõtingit:⁊ contra hunc errorẽ dr̃ Sap̃.xiij. Incõicabile nomen lignis ⁊ lapidibus ipsuerũt. In hũc errorẽ labũt qui rerũ creationẽ vel futuroꝝ cognitionẽ vl̃ miraculoꝝ operationẽ alĩs causis q̃ deo ascribunt. Tertio vꝺo ex hoc q̃ diuine vtuti i creaturas operanti aliqꝺ detrahitur ꝑ hoc q̃ creature nã ignorat:sicut pz in his qui duo rerũ ꝓncipia cõstituũt ⁊ qui res nõ ex diuina volũtate sed ex necessitate nature a deo procedere asserunt:⁊ illi etiam q̃ res vel oẽs vel quasdã diuine prouidentie subtrahũt: aut eũ nõ posse ꝑter solitũ cursũ opari negãt:hec eni oia diuine derogant ptãti:cõtra q̃s dicit Job xxij. Quasi nihil possit facere oipotẽs estimabãt eum:⁊ Sap̃.xij. Uirtutẽ ostendis tu:qui non crederis eẽ in vtute cõsumatus. Quarto homo q̃ ꝑ fidẽ in deũ ducitur sic in vltimũ finez ex hoc q̃ iġrat nãs rerũ ⁊ ꝑ ꝑñs gradũ sui ordinis i vniuerso aliquibus creaturis se putat esse subiectũ quibus supior ẽ:vt pz in illis q̃ voluntates hominũ astris suppponũt. Contra quos dicit Jere.x. A signis celi nolite metuere q̃ gẽtes timẽt:⁊ in illis qui ãgelos creatores animarũ existimãt:⁊ aias hoim eẽ mortales:⁊ si qua sĩlia hoiuz derogãt dignitati. Sic ġ pz falsam eẽ quorũdã sniam qui dicebãt nihil inẽ esse ad fidei veritatẽ quid de creaturis q̃lcq; sẽtiret dũmꝺ circa deũ recte sentiat: vt Aug⁹. narrat in libro de origie anime.nã error circa creaturas redundat i falsam de deo sciam:⁊ hoium mentes a deo abducit:i quẽ fides dirigere nitit̃:dũ ipas quibusdã aliĩs causis supponit. Et ideo illiꝭ qui circa creaturas errãt penas sicut ifidelib⁹ scriptura cõminat dicẽs in ps. Quoniã nõ intellexerũt opera domini ⁊ in opera manuũ eius destrues illos:⁊ ñ edificabis eos. Et Sap̃.ij. Hec cogitauerunt ⁊ erauerunt:⁊ subiungit. Non iudicauerunt honorem animarum sanctarum.

Q aliter considerat de creaturis philosophus ⁊ aliter theologus. IIII.

Manifestum ẽ autẽ ex predictis q̃ considerationez circa creaturas habet doctrina fidei christiane in q̃tũ in eis resultat q̃dã dei similitudo ⁊ i q̃tũ error in ipsis inducit in diuinoꝝ errorẽ: ⁊ sic alia ratione subiũciuntur predicte doctrine ⁊ phie humane:nã phia hũana eas considerat ꝑm q̃ hꝰ modi sunt: vnde ⁊ ꝑm diuersa rerũ genera diuerse ptes phie iueniunt̃, fides autẽ christiana eas cõ

siderat nō in ꝙtū huiusmōi: utpote ignē in ꝙtuz ignis ē: sed in ꝙtū diuinā altitudinē reputant ꝛ in ipz deū quoꝙ mō ordinat. vt. n. Eccī. xlij. dr. Gloria dñi plenū ē opus eius: nōne dñs fecit enarrare sanctos oia mirabilia sua: ꝛ ꝓpter hoc etiam alia circa creaturas ꝛ philosophus ꝛ fidelis cōsiderāt philosophus nāqz cōsiderat illa q̄ eis ꝑm nām ꝓ priā cōueniūt sicut ignis ferri sursū: fidelis aūt ea solū cōsiderat circa creaturas q̄ eis cōueniunt ꝑm q̄ sūt ad deū relata: utpote q̄ sūt a deo creata q̄ sunt deo subiecta ꝛ huiusmōi: vñ nō ē ipfectioni doctrine fidei imputandū si multas reruz ꝓpetates ꝑtermittat: vt celi figuram: motus qualitatem

¶ Sic enī nec naturalis circa lineā illas passiones considerat q̄s geometra: sz solum ea que accidunt sibi in ꝙtū est īminus corpis nālis. Si q̄ vō circa creaturas cōiter a philosopho ꝛ fideli cōsiderant ꝑ alia ꝛ alia ꝓncipia traduntur: nā philosophus argumētū assumit ex ꝓprijs rerū causis: fidelis aūt ex cā ꝑma: utputa quia sic dinitus ē traditū: vl̄ q̄ hoc in gl̄iam dei cedit: vel q̄ dei ptās est infinita: vñ ꝛ ipa maxia sapia dici debet: utpote sup altissimā cām cōsideras ꝑm illud Deut. iij. Hec ē sapia vra ꝛ intellectus corā pplis. Et ꝓpter hoc sibi q̄si ꝓncipali philosophia hūana deseruit: ꝛ ideo inter dum ex ꝓncipijs philosophie hūane sapia diuina procedit: nam ꝛ apud philosophos ꝑma philosophia vtiq̄ oium scientiarū documētis ad suū ꝓpositū ostendendū: exinde etiam est q̄ nō eodē ordine vtraqz doctrina procedit: nā in doctrina philosophie q̄ creaturas secūdū se ꝓsiderat ꝛ ex eis in dei cognitionē pducit: ꝑma ē cōsideratio de creaturis ꝛ vltima de deo: in doctrina vero fidei que creaturas non nisi in ordine ad deuz considerat: ꝓmo ē cōsideratio dei ꝛ postmodū creaturaruz: ꝛ sic ē pfectior: utpote dei cognitioni similior q̄ se ipsum cognoscēs alia intuet: vñ ꝑm hūc ordinē post ea q̄ in se de deo in ꝓmo libro sūt dicta: de his que ab ipo sunt restat prosequendum.

¶ Ordo dicendorum. V.

QRit autē hic prosecutiōis ordo vt ꝓmo agamus de productiōe rerū i ee: Scdo de eaz distinctiōe. Tertio vō de ipsarū rerū ꝓductarū ꝛ distinctarū nā quātū ad fidei pertinet vitatem.

¶ Q̄ deo cōpetit vt sit alīs ꝓncipiū eendi. VI.

SIpponentes igitur q̄ in superioribꝰ oīa sūt: ostēdamus nūc q̄ cōpetit deo vt sit alīs essendi principiū ꝛ cā. Ostēsū ē. n. supra p demōstrationē. Arī. ee aliquā ꝑmā cām efficientē quā deuz dicimus: efficiēs aūt cā suos effectꝰ cōducit ad ee: deus igit alīs cā eēndi existit. ¶ Itē ostensū ē i primo libro p rōnē eiusdē: ee aliqd ꝓmū mouēs imobile qd̄ deū dicimꝰ: primū aūt mouēs in quolibet ordine motuū ē cā oiuz motuū q̄ sūt illius ordis: cū igitur multa ex moribus celi ꝓducant in esse i quoz ordine deū esse ꝓmū mouēs ostensū est: oz q̄ deus sit multis rebus cā eēndi. ¶ Amp̄. qd̄ p se alicui cōuenit nāliter ei in ee necesse ē: sicut hoi rationale ꝛ igni sursū moueri: agere aūt per se aliq̄ effectū cōuenit enti in actu. nā vnūqdqz agēs secūdum hoc agit q̄ in actu est: oē igitur ens actu natū ē agere aliq̄d actu exīs: sz deꝰ est ens actu vt in ꝓmo libro ostensū est: igit sibi cōpetit agē aliq̄d ens actu cui sit cā essendi. ¶ Ad hec signum pfectionis in rebus inferioribus ē q̄ pñt sibi silia facē vt pz per philosophū in. iij. metaphisice: deus āt ē maxie pfectꝰ vt in ꝓmo ostensum ē: ipsi igit cōpetit facere aliq̄d sibi sile: ens in actu vt sic sit cā essēdi.

¶ Itē ostensū est in ꝓmo libro q̄ deꝰ vult suū ee aliis cōicare p modū similitudinis: de pfectiōe aūt volūtatis ē q̄ sit actionis ꝛ motus ꝓncipiū vt pz in iij. de aia: cū igit dina volūtas sit pfecta nō deerit ei virtus ꝓmunicandi esse suum alicui per modū similitudinis: ꝛ sic erit ei causa essendi. ¶ Ad hec q̄to alicuius actiōis principium est perfectius tāto actionez suam potest in plura extendere ꝛ magis remota: ignis enim si sit debilis solum ꝓpiqua calefacit: si autem sit fortis etiaz remota: actꝰ autem purus qui deus est perfectiōr ē q̄ actꝰ potentie ꝑmixtus: sicut in nobis est. actus aūt actionis principium est: cum igitur per actum qui i nobis est possumus non solum in actiones in nobis manentes sicut sunt intelligere ꝛ velle: sed etiam i actiones que in exteriora tēdunt per quas aliqua facta producimus: multo magis deus potest per hoc q̄ actu est non solum intelligere ꝛ velle: sed etiam producere effectum: ꝛ sic potest alīs esse cā essendi. ¶ Hinc est q̄ dicitur Job. v. Qui facit magna ꝛ mirabilia ꝛ iscrutabilia absq̄ numero.

¶ Q̄ potētia actiua sit in deo. VII

QHoc autē apparet q̄ deꝰ ē potens: ꝛ q̄ ei conuenienter potentia actiua attribuitur. Potentia enim actiua est principium agendi in aliud secundum q̄ est aliud: deo autem conuenit ee alis principium essendi: ergo cōuenit sibi esse potentem. ¶ Amp̄. sicut potentia passiua sequit ens i potentia ita potētia actiua sequitur ens in actu

vnūqǭq̄.n. ex hoc agit q̄ est actu: patit vo ex eo q̄ ē potētia: sz deo cōuenit eē actu igit ꝓuenit sibi potētia actiua: ¶ Ad hec dīna pfectio oiuz pfectō nes in se includit vt in ꝑmo libro ostensum ē: vtus aūt actiua de pfectiōe rei ē: vnūqǭq̄.n. tanto ma iozis vtutis iuenit q̄nto pfectius ē: vtus igit actiua deo nō pōt deesse. Propterea oē qđ agit potēs ē agere: nā qđ nō pōt agere ipossibile ē agere ꝛ qđ ipossibile est agē necē est nō agē: deꝰ āt ē agēs ꝛ mo uēs vt supra ostensū ē: igit potēs ē agē: ꝛ potentia ei cōueniēter ascribitur actiua sz nō passiua. ¶ Hic est q̄ i ꝑs dicit. Potēs es dñe. Et alibi. Potētiam tuā deꝰ ꝛ iustitiā tuā vsq̄ in altissima que fecisti magnalia

Q. dei potētia sit eius substātia. VIII.

EX hoc autē ulteri

us cōcludi pōt q̄ dīna potētia sit ipa dei substātia. Potētia.n. actiua ꝓpe tit alicui fm q̄ est actu deꝰ aūt ē actus ipe: nō aūt ē ens actu p aliquē actū q̄ nō sit qđ ē ipse: cū i eo nulla sit potētialitas vt in ꝑmo libro ostensuz est: est igit ipse sua potētia. ¶ Ad hec ois potēs q̄ nō ē sua potētia ē potēs pticipatiōe potētie alicui⁹: de deo aūt nihil pōt dici pticipatiue: cū sit ipm suū eē vt in ꝑmo libro ostēsū est: ē igit ipe sua potētia. ¶ Amp̄. potētia actiua ad pfectionē ī ptinet vt ex ꝓdictis pz: ois aūt dīna pfectio i ipso suo eē cōtinetur vt i ꝑmo libro ostēsū ē: dīna igit potētia nō est aliud ab ipso eē eius: deꝰ aūt ē suū eē vt i ꝑmo oñ sū ē: ē igit sua potētia. Itē in rebꝰ q̄rū potētie non sunt earū substātie ipe potētie sūt accn̄tia: vñ potētia nālis i secūda spē q̄litatis ponit: in deo āt nō pōt eē aliqđ accn̄s vt i ꝑmo ostēsū ē: deus igitur ē sua potētia ¶ Preterea ōne qđ est p aliud reducit ad id qđ est p se sic ad ꝑmū: alia vo agētia reducūtur in deuz sic in ꝑmū agēs: est igit agens p se: qđ aūt p se agit p suā eēntiā agit id aūt quo q̄s agit ē eius actiua potētia ipsa igitur dei essentia est eius actiua potentia.

Q. dei potētia sit eius actio. IX.

EX hoc autē ostendi pōt q̄ potētia dei ñ sit aliud q̄ sua actio. Que enī vni ꝛ eidem sunt eaꝺ sibi iuicē sūt eadē: dīna aūt potētia ē eius substantia vt ostensum ē: eius etiā actio est eius substātia vt in ꝑmo libro ostensum ē de intellectuali opatōne: eadē enīz rō in alīs cōpetit: igit in deo non est aliud potentia ꝛ aliud actio. Itē actio alicuⁱ rei est quoddā cōplemētū potētie eius: cōpatur enīz ad potētiā sicut secūdus ad ꝑmū: dīna autē potētia non cōplet alio q̄ se ipa: cū sit ipsa dei essentia in deo igit non est aliud potentia ꝛ aliud actio. ¶ Amp̄. sicut potētia actiua est aliqđ agens: ita essentia eius est aliqđ ens: sed dīna potentia ē eius essentia vt ostensū est: g̃ suū agē ē suū esse: sed eius esse est sua substātia: ꝛ sua substātia est sua potentia ꝛ sic vt prius: g̃ dīna actio est sua substantia. ¶ Ad hec: actio que nō est substātia agētis ineset ei sicut accidens subiecto: vnde ꝛ actio inē nouē predicamenta accidentis cōputatur. in deo aūt non potest esse aliquid per modū accidentis: i deo igit sua actio ñ ē aliud a sua substātia ꝛ a sua potētia

Qualiter potētia in deo dicat. X

QUia uero nihil ē

sui ipsius ꝑncipiū: cū dīna actio non sit aliud q̄ eius potētia: manifestum est ex ꝓdictis q̄ potētia nō dicit in deo sicut principiū actionis: sed sicut ꝑncipiū facti: ꝛ q: potentia respectū ad alterū importat i rōne ꝑncipij: ē enī potentia actiua ꝑncipiū agēdi in aliud vt pz p ꝑm in. v. metaph̄. manifestū est q̄ potētia dicit de deo p respectū ad sacra fm rei vitatē nō p respectum ad actionem nisi secundum modum intelligendi prout intellectus noster diuersis conceptionibus vtrūq̄ considerat. s. diuinā potentiā ꝛ eius actionē: vnde si aliq̄ actiones deo cōueniāt q̄ nō i aliqđ factū trāseāt sed maneāt in agēte: respectu harum non dicet in deo potētia nisi secūdū modū intelligēdi nō fm rei veritatē: huiusmōi aūt actiōes sūt intelligē ꝛ velle: potētia igit dei ꝓpe loquēdo non respicit huiusmōi actiones: sed solos effectus: itel lectus igit ꝛ volūtas in deo nō sunt vt potentie: sz solum vt actiones. ¶ Paret etiam ex predictis q̄ multitudo actionū que deo attribuūtur vt itelligere: velle producere res ꝛ similia: non sunt diuerse res: cum quelibet harum actionum in deo sit ipsum eius esse quod est vnum ꝛ idem. ¶ Quomō autem multiplicitas significationis vnius rei vnitati non preiudicet: ex his que in primo libro ostē sa sunt manifestum esse potest.

Q. de deo dicat aliqđ relatiue ad creatas. XI

SI autem potētia

deo ꝓueniat respectu suoꝝ effectuū potētia āt rōnē ꝑncipij hēat vt dēm est: ꝑncipiū autem relatiue ad ꝑncipatum dicitur manifestū ē q̄ aliquid relatiue pōt dici de deo i respectu suoꝝ effectuū. ¶ Itē nō pōt intelligi aliqđ relatiue dici ad alterū nisi ecōuerso illud relatiue diceretur ad ipsum: sed res alie relatiue dicuntur ad deum vtpote secunduz suum esse quod a deo habent vt oñsum est ab ipso dependētes: deꝰ igit ecōuerso relatiue ad creaturas dicetur. ¶ Ad hec similitudo ē relatio queda: deꝰ aūt sicut ꝛ cetera agētia sibi simile agit. dicitur igitur aliqđ relatiue

de ipso. ¶Amp̃. scia ad scitū relatiue dicit: dr⁹ aūt nō solū sui ipsius: sed etiā alioꝝ sciam hz: igit aliq̄d relatiue dicit de deo ad alia. ¶Ad hec mo uēs dicit relatiue ad motū: ⁊ agēs ad factū: de⁹ āt ē agēs ⁊ mouēs nō motū vt oñsum ē: dicūt igit de ipso relationes. ¶Itē p̃mū relationē quādam i portat silr sūmū: oñsum est aūt in p̃mo ipm eē p̃ mū ens ⁊ sūmū bonū: pz igit q̄ multa de deo re latiue dicuntur.

Q̄ relationes dicte de deo ad creaturas ñ sūt realiter in deo. XII.

HUiusmodi aūt re lationes que sūt ad suos effectus reali ter i deo eē ñ p̃nt. Nō. n. i eo eē posset sic accñtia in subiecto: cū in ipo nullū sit accñs vt in p̃mo libro oñsuz ē: nec etiā possent esse ipa dei subiecta: cū. n. relatiua sint q̄ fm eē ad aliud q̄dā mō se hñt vt pbus dicit i p̃dicamētis: oz q̄ dei subiecta hoc ipm qđ ē ad aliud dicerēt: q̄ aūt hoc ipsū qđ ē ad aliud dr: q̄dāmō ab ipo dependet: cū nec esse nec itelligi sine eo posset: oporteret igit q̄ dei substātia ab alio extriseco esset dependens: ⁊ sic ñ eēt p se ipm necē esse vt in p̃mo libro oñsum ē: ñ sūt igit huiusmōi relatiōes fm rē i deo. ¶Itē ostē sū ē in p̃mo libro q̄ de⁹ oium entiū ē mensura: cō pat igit de⁹ ad alia entia sicut scibile ad sciam no strā qđ eius mensura est: nā ex eo q̄ res ē vel non est: opio vel oro vera vel falsa est fm pbm in p̃di camentis: scibile aūt lz ad sciam relatiue dicat tñ relatio fm rē i scibili nō est lz i scia tm: vñ fz pbm in. v. metaphisice: scibile dicit relatiue non quia ipsum referat: lz q⁹ aliq̄d aliud ad ipsum refertur dicte igit relatiōes i deo nō sūt realiť. ¶Ad hec re latiōes p̃dicte dicūt de deo nō solū respectu eoꝝ q̄ sūt in actu lz etiē respectu eoꝝ q̄ sūt i potētia: q⁹ ⁊ eoꝝ sciam hz: ⁊ respectu eoꝝ dicit ⁊ p̃mū ens ⁊ sūmū bonū: lz eius qđ ē actu ad id qđ nō est actu. lz potētia nō sūt relationes reales: alś sequeret q̄ essent infinite relatiōes actu in eodē: cū numeri infiniti in potētia sint maiores binario q̄bus oībus ipse ē prior: de⁹ aūt nō aliter refert ad ea q̄ sūt actu q̄ ad ea q̄ sūt potētia: q⁹ nō mutat ex hoc q̄ aliq̄ producit: nō igit refert ad alia p relationē realiter in ipso exñtem. ¶Amp̃. cuicūq; aliq̄d de nouo aduenit necesse ē illud mutari vel per se vel p ac cidēs: relatiōes aūt quedā de nouo dicunt de deo sicut q̄ de⁹ ē dñs vel gubernator huius rei que de nouo incipit esse: si igit p̃dicaret aliq̄ relatio realiter in deo existēs seq̄ret q̄ aliq̄d deo de nouo ad ueniret: ⁊ sic q̄ mutaret vl p se vel p accidēs: cuius cōtrariū in p̃mo libro ostensum est.

Q̄ relationes q̄bus deus ad res alias refert ñ sūt res extra deum existentes. XIII.

NOn autem potest dici q̄ relationes predicte sint existē tes exterius q̄i res aliq̄ extra deū. Cū eni deus sit p̃mū entiū ⁊ sūmū bonoꝝ oporteret ad illas etiā relatiōes q̄ sūt aliq̄ res dei relationes alias cōsiderare: ⁊ si dicte ille sint iteꝝ res alique oportebit iterū relatiōes aduenire ⁊ sic in ifinitū: nō igit relationes q̄bus deus ad res alias refertur sunt res alique extra deū exñtes. ¶Itē duplex ē modus quo aliquid denoiatiue predicat: denoiat eni aliquid ab eo quod extra ipsū est: sicut a loco dicitur aliquid esse alicubi ⁊ a tpe aliquando: ali quid vo denoiatur ab eo qđ ineſt: sicut ab albedi ne albus: a relatione vo nō iueniť aliq̄d denoiari q̄i exterius existēte sz inherēte: nō en. denoiat ali quis pī nisi a pīnitate q̄ ei inē nō igitur pōt esse q⁹ relationes q̄bus deus ad creaturas refert sint res aliq̄ extra ipz: cū igit ostēsū sit q⁹ nō sint i ipo realiť ⁊ tñ dicūt de deo: reliquit q⁹ ei attribuāt fm so lū itelligētie modū ex eo q⁹ alia referūt ad ipm: in tellect⁹. n. nī itelligēdo aliq̄d referri ad alterū eo i telligit relationē illius ad ipm q̄uis secundū rem q̄nq; nō referat. Et sic etiā pz q⁹ alio mō dicūt de deo p̃dicte relatiōes ⁊ alia q de deo p̃dicant: nam oia alia vt sapia volūtas et⁹ eēntia p̃dicant: relatō nes vo p̃dicte mīme sz fm modū intelligēdi tantū nec tñ itellectus ē falsus. Ex hoc. n. ipso q⁹ intelle ctus nī intelligit relationes dinoꝝ effectuū in inā rī in ipsum deum: aliqua predicat relatiue de ipo sicut ⁊ scibile relatiue itelligimus ⁊ significamus ex hoc q⁹ scientia refertur ad ipsum.

Q̄ multas relationes dici de deo non derogat simplicitatī diuine. XIIII

PAtet etiam ex his q⁹ diuine simplicitati nō derogat si multe relationes de ipso dicuntur q̄ uis eius essentiā nō significēt q⁹ sequūť itelligendi modū: nihil eni prohibet itellectū nostrum intel ligere multa: multipliciter referri ad id quod est i se simplex: vt sic ipsū simplex sub multiplici relatione consideret ⁊ quanto aliquid est magis sim plex tanto est maioris virtutis ⁊ p̃ncipiū plurium ac per hoc multiplicius relatuz intelligitur: sicut punctum plurium est principium q̄ linea et linea q̄ superficies: hoc igitur q⁹ multa relatiue de deo dicuntur eius summe simplicitati attestatur.

Q̄ omia que sūt: a deo sunt. .XV.

QUia uero ostensū est q⁹ deus est aliq̄bus eēndi p̃ncipiuz oportet vlterius oñdere q⁹ nihil p̃ter ipm ē nisi ab ipo. Esse. n. qđ alicui ꝓuenit nō fm

q ipm ẽ p aliquã cãm cõuenit ei: sicut albuz hoi: nam qõ cãm nõ hz: pmũ ⁊ imediatũ ẽ: vnde neces se ẽ q sit per se ⁊ fm hoc q ipm: ipossibile ẽ autez aliqõ vnũ duobus cõuenire ⁊ vtriqz fm q ipsum qõ. n. de aliquo fm q ipsum dicit: ipsum non ex cedit: sicut habere tres angulos duobus rectis eq les non excedit triangulũ q pdicat eidẽ cõuertibi liter: si igit aliqd duob' cõueniat nõ cõuenit vtqz fm q ipm ẽ: ipossibile ẽ igit aliqõ vnũ de duobus pdicari ita q de neutro p cãm dicat: sz oz vel vnũ esse alterius cãm sicut ignis est cã calozis corpori mixto: cũ tñ vtrunqz calidũ dicat: vel oz q aliqõ tertiũ sit cã vtriqz: sicut duabus candelis ignis est cã lucẽdi: eẽ aũt dr de oi eo qõ est: ipossibile ẽ igit esse aliq duo quoz neutrũ hẽat cãm essendi: sed oz vtrũqz acceptoz esse per cãm vel alterũ alteri esse cãm essẽdi: oz igit q ab illo cui nihil est causa essendi sit oẽ illud qõ quocũqz mõ est: deum autẽ supza ostendimus huiusmõi ens esse cui nihil sit cã essendi: ab eo igit est omne quod quocũqz mõ est. Si autem dicat q ens nõ est pdicatũ vniuo cũ: nihilomin' pdicta cõclusio sequit: non eni de multis equoce dr sed p analogiaz: ⁊ sic oz fieri re ductionẽ i vnũ. Amp qõ alicui cõuenit ex sua nã nõ est aliqua cã minozatũ in eo ⁊ defitiens esse non põt: si eni nãe aliqd essentiale subtrahitur vl addit: iã altera nã erit: sicut ⁊ in numeris accidit in quibus vnitas addita vel subtracta spẽm vari at: si aũt nã vel qdditate rei integra manente ali quid minozatũ inueniat: iam pz q illud non sim plr dependet ex illa nã sz ex aliq alia cã per cuius re motionẽ minozat: qõ igit alicui minus cõuenit q aliis nõ puenit ei ex sua nã tm sed ex alia cã: illud igitur erit cã oium in aliquo genere cui maxime cõuenit illius generis predicatio vñ etiã qõ maxie calidum est videmus eẽ cãm calozis in oibus cali dis: ⁊ qõ maxime lucidũ ẽ cãm oium lucidozum: deus aũt est maxime ens vt in pmo libro ostẽsuz est: ipse igitur est causa omnium de quibus ens p dicatur. Ad hec secundũ ordinẽ effectuũ oz eẽ ordinẽ cãrum eo q effectus causis suis pportiona ti sũt: vñ oz q sicut effectus pprij reducũtur i cãs ppzias: ita id qõ cõe est in effectibus pprijs redu cat in aliquã cãm cõmunẽ: sicut supza pticulares causas generationis huius vel illius est sol vniuer salis causa generationis: ⁊ rex est vniuersalis cau sa regiminis in regno supza prepositos regni ⁊ ẽt vrbiũ singulariũ: oibus aũt cõe est esse: oz igit q su pza oẽs causas sit aliqua cã cuius sit dare eẽ: pma aũt cã dr ẽ vt supza ostẽsũ ẽ: oz igitur oia que sũt a deo eẽ. Itẽ qõ p essẽtiã dr ẽ cã oium q p ptici pationẽ dicũt: sicut ignis ẽ cã oium ignitoz in qn tũ huiusmõi: deus aũt est ens per essentiã suã: qa est ipm eẽ: õne aũt aliud ens est ens p pticipatiõez q: ens qõ sit suũ esse nõ põt esse nisi vnũ vt in pri mo ostẽsũ est: dr igit est cã essendi oib' alijs. Pre terea õne qõ est possibile eẽ nõ esse hz aliq cãm: q: in se cõsideratũ ad vtrũlibet se hz: ⁊ sic oz eẽ ali qõ aliud qõ ipm ad vnũ determinet: vnde cũ i in finitũ procedi non possit: oz q sit aliqõ necciũ qõ sit cã oiuz possibiliũ esse ⁊ nõ esse: necessariũ aũt quoddã ẽ hñs cãm sue necessitatis in q ẽt in infini tũ procedi ñ põt: ⁊ sic ẽ deuenire ad aliqd qõ ẽ p se necesse esse: hoc aũt esse nõ põt nisi vnũ: vt i pmo libro ostẽsũ est: ⁊ hoc est dr: oz igitur omne aliud ab ipo reduci in ipm sicut in cãm essendi. Amp. deus secundũ hoc factiuus ẽ rerũ q actu est vt su pza ostensuz est: ipse aũt sua actualitate ⁊ pfectio ne õnes rerũ pfectiones cõphendit vt in pmo pba tum est: ⁊ sic est vtualiter õnia: est igit ipe oiuz fa ctiuus hoc autem nõ esset si aliqd aliud essz natũ esse nisi ab ipso: nihil eni natũ est esse ab alio ⁊ ñ ab alio: q si natũ est ñ ab alio esse: ⁊ p se ipz ncce esse qõ nũq põt ab alio esse: nihil igit põt esse nisi a deo. Itez ipfecta a pfectis sumũt originez: vt semen ab animali: dr aũt ẽ pfectissimũ ⁊ sũmũ ens ⁊ sũmũ bonũ vt in pmo ostensum est: ipe igit est oib' cã essendi pcipue cũ oñsum sit q tale ñ possit esse nisi vnũ. Hoc aũt diuina cõfirmat auctozitas. Dr eni i ps. Qui fecit celũ ⁊ terrã mare ⁊ oia q in eis sunt. Et Joã. pmo Oia p ipm facta sunt ⁊ sine ipso factũ est nihil. Et Ro. xi. Ex quo oia: p quez oia: ⁊ quo oia: ipsi gloria in seculũ. Per hoc autẽ excludit antiquoz naturaliũ error qui ponebãt corpora quedã nõ habere cãm essendi: ⁊ etiã quo rundã qui dicũt deum non esse causam substãtie celi sed solum motus.

Q. dr ex nihilo pduxit res in esse. XVI.

EX hoc autẽ appa ret q dr in cẽ res pduxit ex nullo p existente sicut ex mã. Si. n. est aliqd effect' dei: aut pexistit aliqd illi aut ñ si nõ hẽt p positũ. s. q dr aliquez effectũ pducat ex nullo p existente: si aũt aliqd illi pexistit: aut est pcedere i infinitũ: qõ nõ est possibile in causis materialib': vt philosophus probat in. ij. metaphisice aut erit deuenire ad aliquod primum quod aliud non p supponit: quod quidem non potest esse ipse deus ostensum est enim in primo libro q ipse non est materia alicuius rei nec potest esse aliud a deo cui deus non sit causa essendi vt ostensum est: reli quit igit q deus in pductione sui effectus non re quirit materiã preiacentẽ ex qua operet. Ad hec vnaquecz mã p formã superinductã cõtrahitur ad aliquã spẽm: opari ergo ex mã piacente super inducẽdo formã quocũqz mõ ẽ agentis ad aliquã

determinatã ſpẽz:tale aũt agens eſt agens ꝑticulare:cauſe enī cauſatis ꝓportionales ſunt:agens igitur qõ requirit ex necẽtate mãm ꝓiacentẽ ex qua opatur eſt agens particulare:deus autẽ eſt agens ſicut cauſa vlis eſſẽdi vt ſupra oſtenſum eſt:igitur ipſe in ſua actione mãm ꝓiacentem non req̃rit.

Jtẽ quãto aliquis effectus eſt vlior tanto habet ꝓpriã cãm altiorẽ:quia quãto cã eſt altior tanto ad plura virtus eius extendit:eſſe autem ẽ vlius q̃ moueri:ſũt enī quedã entiũ imobilia:vt ẽt phi tradunt vt lapides t huiuſmõi:oz g̃ q̃ ſupra cãm que non agit niſi mouendo t tranſmutando ſit illa cauſa q̃ eſt ꝓmum eſſendi principiũ:hoc autem oſtendimus eſſe deum:deus igitur non agit tãtũ mõ mouendo t tranſmutando:oẽ aũt qõ nõ põt producere res in eſſe niſi ex mã preiacente agit ſolum mouendo t tranſmutando:facere enī aliq̃d ex mã t per motũ vel mutationem quandã: non ergo ipoſſibile eſt producere res eſſe ſine materia preiacente:producit igitur deus res eſſe ſine mã ꝓiacente. Preterea quod agit tantum p motũ t mutatiõez n̄ ꝓpetit vlr cãe eꝰ qõ ẽ eẽ ñ .n.p motũ t mutationem: fit ens ex non ente ſimpliciter: ſed ens hoc ex non ente hoc:deus aũt eſt vle eſſendi principiũ vt oſtenſum eſt:non igitur ſibi cõpetit agere tantum per motum aut per mutationẽ: neq; igitur ſibi cõpetit indigẽ ꝓiacẽti mã ad aliq̃d faciendũ. Amp. vnũquodq; agẽs ſibi ſile agit quoq̃ mõ agit aõt vnũquodq; agẽs ꝑm q̃ actu ẽt illius igitur agentis erit ꝓducere effectum cãndo aliquo modo formam materie inherentẽ quod ẽ actu per formã ſibi inherentẽ t nõ per totam ſubſtantiam ſuam:vnde philoſophus in. vij. metha. ꝓbat q̃ res mãles habentes formas i materijs generant a materialibus agentibus habentibus formas in mã non a formis per ſe exiſtentibus:deus autem non eſt ens actu per aliquid ſibi inherens ſed per totam ſuam ſubſtãtiam vt ſupra ꝓbatuz eſt:igitur ꝓprius modus ſue actionis ẽ vt producat rem ſubſiſtentem totam non ſoluz rem inherentem.ſ.formam in mã:per hunc autem modũ agit omne agens qõ materiã in agendo non req̃rit:deus igitur mãm preiacẽtem nõ requirit i ſua actione. Jtẽ mã cõpatur ad agens ſicut recipiẽs actionẽ que ab ipſo eſt:actus enim qui eſt agẽtis vt a quo:eſt patientis vt in quo:igitur requiritur mã ab aliq̃ agẽte vt recipiat actionẽ ipſius:ipa.n. actio agentis in patiente recepta eſt actus patientis t forme:aut aliqua inchoatio forme in ip̃o:deus aũt nõ agit actione alqua quã neceſſe ſit in aliquo patiente recipi:quia ſua actio eſt ſua ſubſtantia vt ſupra ꝓbatũ eſt:nõ igit a ꝺ ꝓducẽdũ effectũ requirit mãm preiacentem. Preterea õe agens qõ in agẽdo requirit mãm ꝓiacẽtẽ hz mãm ꝓportionatã ſue actioni vt quicquid eſt in virtute agẽtis totũ ſit ipotẽtia mãe:alias ñ poſſet i actũ producere quicq̃d eſt in ſua virtute actiua: t ſic frustra hẽret vtutẽ ad illa:mã aũt nõ hz talẽ ꝓportionem ad deũ:nõ.n.in mã ẽ potẽtia ad quãtitatez q̃cunq; vt patet per ꝓbm in. iij. phiſicoz:cũ autẽ diua potentia ſit ſimplex t infinita:vt i ꝓmo oñſũ ẽ:deꝰ igit nõ requirit mãm ꝓiacẽtez ex qua de neceſſitate agat. Ad hec diuerſarũ rerũ diuerſe ſũt mãe:nõ.n.ẽ eadẽ mã ſpiritualium t corporalium nec corporum celeſtium t corruptibilium: quod quidem ex hoc pz q̃ recipere qõ ẽ ꝓprietas mãe ñ eiuſdem rõnis ẽ i ꝓdictis:nã receptio que eſt i ſpiritualibus ẽ intelligibilis ſicut intellectus recipit ſpecies intelligibilium non ſm eſſe mãe: corpora vo ſuperceleſtia recipiunt innouationẽ ſitus. Nõ aũt inouationẽ eſſendi ſicut corpa inferiora:nõ ẽ igit vna materia q̃ ſit in potẽtia ad eẽ vle: ipſe ãt deus ẽ totꝰ eſſe alicuius vliter:ipi igitur nulla mã ꝓportionaliter reſpondet:nõ igit mãm ex neceſſitate requirit. Amp:quorũcũq; in rerũ nã ẽ aliqua ꝓportio t aliq̃s ordo:oz vnũ corr eẽ ab alio vel ambo ab aliq̃ tertio oz.n. ordinẽ in vno cõſtitui reſpondẽdo ad aliud:alias ordo vel proportõ eſſet a caſu quẽ in ꝓmis rerũ ꝓncipijs ponẽ ẽ ipoſſibile:q; ſequeret oĩa magis alia eẽ a caſu:ſi igitur ſit aliqua mã dine actiõi ꝓportionata oz vel q̃ alterum ſit ab altero vel vtrũq; a tertio: ſed cuz deꝰ ſit ꝓmũ ens t ꝓma cã:nõ põt eſſe effectus mãe nec põt eſſe ab aliqua tertia cauſa:reliquit igit ſi iuenit aliq̃ mã ꝓportionata diuine actioni q̃ illius ipſe ſit cã. Ad hec qõ eſt in entib' ꝓmũ oz eẽ cauſam eorr q̃ ſũt:ſi enī nõ eẽnt cãta nõ eẽnt ab ipſo ordinata vt iã oſtenſũ eſt:inter actum autez t potentiam talis eſt ordo q̃ licet in vno t eodẽ quod quandoq; eſt potentia quandoq; actu potentia ſit prior tpe q̃ actus licet actus ſit prior natura: tamen ſmpliciter loquendo oportet actum potẽtia priorẽ eſſe:qõ patet ex hoc q̃ potentia non reducitur in actũ niſi per ens actu: ſed materia eſt ẽ ens i potentia:g̃ oz q̃ deus qui ẽ actus primus t purus ſit ſimplr ea prior:t per cõſequẽs cã ipſius non g̃ ſue actioni ꝑſupponitur mã ex neceſſitate.

Jtem materea prima aliquo modo eſt: quia ẽ ens in potentia deus aũt eſt cauſa oĩum que ſunt vt ſupra oſtenſũ eſt:deꝰ igit ẽ cã materie prime cui nulla preexiſtit:diua igitur actio mãm ꝑexiſtentẽ non requirit. Hanc autem veritatem diuina ſcriptura confirmat dicens Geñ ꝓmo. In principio creauit deus celum t terram:nihil enim eſt aliud creare q̃ abſq; materia preiacenti aliquid in eſſe producere. Ex hoc autem confutatur error antiquorum philoſophorum qui ponebant mãe oĩo nullã cãm eẽ eo q̃ actionibꝰ ꝓticulariũ agẽtiũ ſp videbant aliquid actioni preiacere: ex quo opinionem ſumpſerunt omnibus cõmunẽ q̃ ex nihilo

nihil fit: qđ quidē in particularibus agētibus ve rū ē: ad vlis aūt agētis qđ est totius esse actiuū co gnitionē nondū peruenerant quoniā nihil in sua actione p̄supponere necesse est.

Q̄ creatio nō ē motus neq; mutatio. XVII.

HOc autez ostenso manifestū est q̄ dei actio q̄ est absq; mā p̄iacente ⁊ creatio vocatur nō sit motus neq; mutatio p̄pe loquēdo. Mot⁹.n. ois vel mutatio ē actus existētis i potētia ꝑm q̄ huiusmodi: in hac aūt actiōe ñ p̄existit aliq̄d i potentia qđ suscipiat actionē vt iam ostensū est: igit nō est motus neq; mutatio. Itē extrema motus vel mutationis cadūt i eundē ordinē vel q̄ sunt sub vno genē sicut cōtraria vt p̄z in motu augmenti ⁊ alterationis ⁊ ꝑm locū lationis: vel q̄ cōicant in vna potentia mā vt p̄uatio ⁊ fōa in generatione et corruptione: neutrū aūt p̄ōt dici in creatione: potentia.n. ibi nō ē nec aliquid eiusdē generis quod p̄supponat creationi vt p̄batū est: igit non est ibi neq; motus neq; mutatio. Preterea in omni mutatione vel motu oz esse aliquid aliter se hās nūc ⁊ p̄ius: hoc eni ipsum nomē mutationis ostēdit vbi aūt tota substātia rei in eē ꝓducit nō p̄ōt esse aliqđ idē alit ⁊ alit se hās: q̄ illud nō eēt ꝓductū sz ꝓductioni p̄suppositū nō est ḡ creatio mutatio

Ad hec oz q̄ mot⁹ vel mutatio durationē p̄cedat id qđ fit p mutationē vel motū: q̄ factū eē ē p̄ncipium q̄etis ⁊ terminus motus: vnde oz omnē mutationē esse motū vel terminū motus q̄ est successiuus: ⁊ ꝓpter hoc qđ fit non est: q̄ q̄diu durat motus aliquid fit ⁊ non est: in ipso aut̄ termino motus in quo incipit quies: iaz non fit aliq̄d sz factum est: in creatione autem non potest hoc esse: quia si ipsa creatio p̄cederet vt motus vel mutatio oporteret sibi p̄stitui aliquod subiectum: qđ est contra creationis rationem: creatio igitur nō est motus neq; mutatio.

Q̄ creatio nō potest ipugnari p rōnes sūptas ex nā motus vel mutationis. XVIII.

GE hoc autē appa ret vānitas ipugnātiū creationē p rationes sumptas ex nā motus vel mutationis: vtpote q̄ oz creationē vt ceteros motus vel mutationes esse in aliquo subiecto: ⁊ q̄ oz nō esse transmutari in esse: sicut ignis transmutatur in aerē: nō.n. est creatio mutatio sed ipa dependētia esse creati ad p̄ncipiū a quo instituit: ⁊ sic ē de genē relationis: vnde nihil ꝓhibet eam in creato esse sicut in subiecto: dicit tm̄ creatio esse mutatio q̄da ꝑm modū itelligēdi tm̄: in q̄ntuz ſ. intellectus noster accipit vnā ⁊ eandē rē vt nō exīntem ꝓus: et postea existentē. Apparet aūt si creatio relatio q̄dā est q̄ res quedaz ē ⁊ neq; increata est neq; alia creatione creata: cū.n. effectus creatus realiter dependeat a creatore: oz huiusmodi relationē eē rez quādā: ois aūt res a deo in eē ꝓducit: est igit in eē a deo ꝓducta non tm̄ alia creatione creata q̄ ipsa creatura p̄ima que per eā creata dicit: q̄ accidentia ⁊ forme sicut per se non sunt: ita nec per se creantur: cum creatio sit productio entis: sed sicut in alio sunt: ita in alijs creatis creantur. Preterea relatio non refertur ad aliam relationem quia sic esset abire in infinitum sed per se ipsam refertur quia essentialiter relatio est: non igitur alia creationē opus est qua ipsa creatio creatur ⁊ sic in infinitum procedatur.

Q̄ creatio est absq; successione. XIX.

HAp̄paret autez ex p̄dict⁹ q̄ ois creatio absq; successiōe est: nā successio ꝓp̄ria est motui: creatio aūt neq; ē motus neq; terminus motus sic̄ generatio: igitur nulla est in ipso successio Itē i oi motu successiuo ē aliqđ mediū inī eius extrema: quia mediū est ad qđ cōtinue motū p̄mo venit q̄ ad vltimū: inī esse aūt ⁊ nō esse q̄ sunt quasi extrema creatiōis nō p̄ōt esse aliqđ mediū: igit nō est i creatione successio Ad hec in omni factione i q̄ est success o: fieri est ante factū esse vt p̄bat in. vi. phisicoz: hoc aūt in creatione non potest accidē: q̄ fieri qđ ꝓcederet factū esse creature indigeret aliquo subiecto qđ non posset esse ipsa creatura de cuius creatione loquimur: quia illa non est ante factū esse nec etiam in factore: non eni moueri est actus mouētis sed moti: relinquit igit q̄ fieri haberet p̄o subiecto aliquam materiā facti p̄existentem: qđ est contra rationē creationis: ipossibile ē igitur in creatione successionē esse. Amp̄: omnē factionem successiuaz in tēpore oz esse: p̄ius eni ⁊ posterius in motu numerant tēpore: simul autē diuiditur motus ⁊ tempus ⁊ id super quod transit motus: quod quidem in motu locali manifestum est: nam in medietate temporis regulariter motum pertransit mediuz magnitudinis diuisio autem in formis respondens diuisioni temporis attenditur secundum intensionem et remissionē: vt si aliquis in tanto tempore tantum calefit: ⁊ in minori minus: secūdum hoc igit̄ potest esse successio in motu vel quacūq; factione q̄ id ꝑm quod ē motus ē diuisibile vel ꝑm quantitatē vt in motu locali ⁊ in augmento: vel ꝑm intensionē ⁊ remissionem sicut in alteratione: hoc aūt secundum contingit dupliciter Uno modo quia ipsa forma q̄ est terminus motus est diuisibilis secundum intensionē ⁊ remissionem: sicut patet cū aliquid mouetur ad albedinem. Alio modo quia talis diuisio contingit in dispositionibus ad talem formam:

Amp̄. impossibile est appetitum nālem eē frustra:sed hō naturaliter appetit ꝑpetuo manere: qō patet ex hoc ꝙ esse est qō ab oībus appetit:hō aūt per intellectū apprehendit eē nō solū vt nunc sicut bruta animalia sz simpliciter: cōsequit ergo hō perpetuitatē secūdū animā q̄ esse simplr̄ z fm omne tēpus apprehendit. Itē vnūquodq̄z qō recipit in aliquo recipit in eo secūdum modū ei⁹ in quo est:forme aūt rerū recipiunt in intellectu possibili prout sunt intelligibiles actu: sunt aut tē intelligibiles actu prout sunt immateriales et vniuersales z per cōsequēs incorruptibiles:ḡ intellectus possibilis est incorruptibilis:sed sicut ꝓbatum est supra intellectus possibilis est aliquid aie humane:ē igitur anima hūana incorruptibilis. Ad hec:esse intelligibile est permanētius ꝙ eē sensibile sed id qō se hz in rebus sensibilibus per modū ꝓpriū primi recipiētis ē icorrupt.bile fm suaz substantiā.s.mā prima:multo igitur fortius intellectus possibilis qui est receptiuus formaruz itelligibiliuz: ḡ z aia hūana cui⁹ intellectus possibilis est pars est incorruptibilis. Amp̄. faciens ē honorabilius facto vt etiā Arl.dicit: sed intellectus agens facit actu itelligibilia vt ex p̄missis patet: cum igitur intelligibilia actu i quātū huiusmodi sint incorruptibilia:multo fortius intellect⁹ agens erit incorruptibilis:ergo z aia hūana cuius lumē est intellectus agens vt ex premissis patet. Itez nulla forma corrūpit nisi vel actione contrarij:vl per corruptionem sui subiecti:vel per defectū sue cause:per actiōez quidē ꝓtrarij sicut calor destruitur per actionē frigidi:p corruptionē aūt sui subiecti sicut destructo oculo destruit vis visiua: per defectum autem cause sicut lumē aeris deficit defitiēte solis presentia que erat ipsius causa:sz aia hūana nō pōt corrūpi per actionē cōtrarij:nō est enī ei aliquid contrariū:cum per intellectū possibilem ipsa sit cognoscitiua z receptiua omniū cōtrariorū:similiter autem neq̄ per corruptionē sui subiecti:ostensuz est enim supra ꝙ anima hūana est forma non dependens a corpore fm suum eē: similiter autem neq̄ per deficientiaz sue cause qz non potest habere aliquā cām nisi eternā vt infra ostendetur:nullo igitur modo aia humana corrū pi pōt. Ad hec si aia humana corrumpit ꝑ corruptionem corporis oz ꝙ eius esse debilitetur per debilitatem corporis:si aūt aliqua virtus anime debilitetur debilitato corpore hoc non est nisi ꝑ accidens in quātum.s. virtus anime indiget organo corporali:sicut visus debilitatur debilitato organo per accidēs tamen:quod ex hoc patet si.n. ipsi virtuti per se accideret aliqua debilitas nūq̄ restauraretur organo reparato: videmus autem ꝙ quantūcunq̄z vis visiua videatur debilitata si organum reparetur vis uisiua restauratur: vnde dicit Arl. in primo de anima ꝙ si senex accipiat oculum iuuenis videbit vtiq̄z sicut iuuenis: cum igitur intellectus sit virtus anime que non indiget organo vt ex premissis patet: ipse nō debilitatur neq̄z per se neq̄z per accidens per senium vel per aliquā aliam debilitatem corporis:si autem i operatione itellectus accidit fatigatio aut impedimētū propter infirmitatem corporis hoc non est propter debilitatem ipsius intellectus sed propter debilitatem viriuz quibus intellectus indiget scilicet imaginationis memoratiue z cognitiue virtutuz patet igitur ꝙ intellectus humanus est incorruptibilis: ergo z anima humana que est intellectiua quedam substantia. Hoc etiam apparet per auctoritatem Arl:dicit enim in primo de anima ꝙ intellectus videtur quedam substantia esse z ñ corrumpi:ꝙ autem hoc non possit intelligi de aliq̄ substantia separata que sit intellectus possibilis ut agens:ex premissis haberi potest. Preterea apparet ex ipsis verbis Arl.in.xi.metaphi.vbi dicit contra platonem loquēs ꝙ cause mouētes preexistūt:cause vero formales sunt simul cū his quoz sunt cause:quando enim sanatur homo tūc sanitas est z non prius:cōtra hoc ꝙ plato posuit formas rerum preexistere rebus. Et his dictis post modum subdit. Si autez z posterius aliquid manet perscrutandum est:nam in quibusdā nihil prohibet vt si est anima tale non omnis sed intellect⁹ ex quo patet cum loquatur de formis ꝙ vult intellectum qui est forma hominis post materiam remanere.s. post corpus:patet autem ex premissis vbis Arl. ꝙ licet ponat animam esse formam non tamē ponit eā nō subsistentē z p ꝓñs corruptibilē sicut Greg⁹ nissen⁹ ei iponit.nā a gnālitate aliarū formaz animā intellectiuā excludit dicēs eā post corp⁹ remanē z substantiā quādā eē. Premissis autē snīa catholice fidei cōcordat. dr.n. in libro ō ecclesiasticis dogmatib⁹. Solū hoiem credim⁹ habere aiaz substātiuā q̄ z exuta corpe viuit z sensus suos atq̄z igenia viuacit̄ tenet neq̄z cū corpe morit̄ sicut arabs asserit: neq̄z post modicū interuallū sicut zenon ḍa substātialr̄ viuit. Per hoc aūt excludit errorē ipiorz ex quoz psona dicit Sap̄.ij. Ex nihilo nati sum⁹ z post hoc erimus tanq̄ nō fuerimus.z ex quoz psona dicit Salomon Ecclīastes iij. Un⁹ est interit⁹ hois z iumentorz z eq̄ vtriusq̄z cōditio.sicut morit̄ hō sic z illa moriunt. siliter spirant oīa.z nihil hz hō iumēto amplꝰ. Qr.n. non ex psona sua sed ipiorū dicat patet p hoc qō in fine libri quasi determinādo subiūgit. Donec reuertatur puluis in terrā suaz vnde erat.z spūs redeat ad eum qui dedit illū. Infinite etiam sunt auctoritates sacre scripture que immortalitatem anime protestantur.

Rōnes p̄bantes aiam humanā corrūpi corrupto corpore. LXXX.

Videtur autē quibusdā rōnibus posse p̄bari aias humanas ñ posse remanere post corp̄. Si.n. aie hūane multiplicant fm multiplicatiōez corpoz vt supra ostensū est: destructis ergo corpibus nō p̄nt aie in sua multitudine remanere: vñ oportet alterū duoz sequ: aut q̄ totaliter aia hūana esse desinat: aut q̄ remaneat vna tm̄: qō videt esse fm opinionē eorum q̄ ponunt incorruptibile solum id quod ē vnū in oībus hoībus siue hoc sit intellectus agens tantum vt Alexander dicit: siue cum agente etiam possibilis vt dicit Auerrois. Amp̄. rō formalis est causa diuersitatis fm speciē. sed si remanent multe aie post corpoz corruptionē: oz eas esse diuersas: sicut eni idē ē qō est vnū secundū substantiā: ita diuersa sunt que sūt multa secūdū substantiā: nō p̄t aūt eē in aiabus remanentibus post corpus diuersitas nisi formal' non eni sunt cōpositē ex mā ⁊ forma vt supra probatuz est de oi substātia intellectuali: relinquitur igitur q̄ sūt diuerse secūdū spēm: nō aūt p̄ corruptionem corporis mutant aie ad aliā spēm: qz ōne qō mutat de spē in spēm corrūpit: relinquit ḡ q̄ anteq̄ essent a corporibus sepate erant secunduz speciem diuerse: cōposita aūt sortiunt spēm secundū formā: ergo ⁊ indiuidua hominū erat secūdū spēm diuersa qō ē icōueniens. ḡ impossibile videt q̄ aie humane multe remaneant post corpa. Ad hec videt oio eē ipossibile fm ponētes eternitatē mundi: ponere q̄ aie hūane i sua multitudine remaneāt post mortē corporis: si eni mūdus est ab eterno: motus fuit ab eterno: ergo ⁊ generatio est eterna: ꝛz si generatio est eterna: infiniti hoies mortui sunt ante nos: si ergo aie mortuoz remanent post mortem in sua multitudine: oz dicere aias infinitas esse nunc in actu hominū p̄us mortuoruz hoc aūt est impossibile: nā infinitū actu non p̄t esse in natura: relinquitur igit̄ si mundus est eternus q̄ aie nō remaneāt multe post mortē. Itez qō aduenit alicui ⁊ discedit ab eo preter sui corruptionez aduenit ei accidētaliter: hec eni est diffinitio accidentis: si ergo aia hūana nō corrūpitur cōpore abscedente sequetur q̄ aia hūana accidentaliter corpori vniat: ḡ homo est ens per accidens q̄ est cōpositus ex anima ⁊ corpore: ⁊ sequet vlteri' q̄ non sit aliqua species humana: nō enim ex his que cōiunguntur per accidens fit species vna: nā homo albus non est aliqua species. Amp̄. impossibile est aliquam substantiam esse cuius non sit aliqua operatio: ꝛz omnis operatio anime finit cum corpore quod quidem patet per inductionez

naz virtutes anime nutritiue operantur per' qualitates corporeas ⁊ per instrumentum corporeum ⁊ in ipsum corpus quod perficitur per animam quod nutritur ⁊ augeē ⁊ ex quo deciditur semen ad generationem: operationes etiam omnes potentiarum que pertinent ad animam sensitiuam complentur per organa corporalia: ⁊ quedaz earum complentur cum aliqua transmutatiōe corporali: sic̄ que dicuntur anime passiones vt amor gaudium ⁊ huiusmodi intelligere aūt etsi non sit aliquod organū corporale exercita tamē obiecta eius sunt fantasmata que ita se habent ad ipsam vt colores ad visum: vnde sicut visus nō potest videre sine coloribus: ita aia intellectiua nō p̄t itelligere sine fantasmatibus: indiget etiam aia ad intelligendum virtutibus preparantibus fantasmata ad hoc q̄ fiant intelligibilia actu. s. virtute cogitatiua ⁊ memoratiua de quibus constat q̄ cū sint actus quorundam organoruz corpis per que operantur q̄ nō possunt remanere post corpus. vnde ⁊ Ar̄ dicit q̄ nequaq̄ sine fantasmate intelligit aia: ⁊ q̄ nihil intelligit sine itellectu passiuo quez vocat vtutez cogitatiuā que est corruptibilis ⁊ p̄pter hoc dicit in primo de aia q̄ intelligere hois corrumpitur quodaz iterrius corrupto .s. fantasmate vel passiuo intellectu: ⁊ in .iij. de aia dī q̄ non remiscimur post mortē eoz q̄ sciuim' in vita sic igitur p̄z q̄ nulla opatio aie p̄t remanere post mortem: neq̄ igit̄ substātia eius manet: cum nulla substātia possit eē absq̄ operatione.

Improbatio p̄dictaz rōnum. LXXXI.

Has aūt rōnes quia falsum cōcludūt vt ex premissis oñsū est: temptanduz ē soluere: ac p̄mo sciēdum est quecūq̄ oportet esse iuicem coaptata et ꝓportionata sil' recipiūt multitudinē vel vnitatez vnūqōq̄ ex sua cā: si igitur eē vnius dep̄deat ab altero: vnitas vel multiplicatio eius etiam ex illo dependet aliq̄n ex alia cā itrinseca: formā igitur ⁊ materiā sp oportet eē ad inuicē ꝓportionata ⁊ q̄t naturali' coaptata: quia p̄prius actus in ꝓpria materia fit: vnde sp oportet q̄ materia ⁊ forma ꝓ sequantur se inuicem in multitudine ⁊ vnitate: si igitur eē forme ō̄pendet a materia: multiplicatio ipsius a materia dependet: ⁊ si inter vnitas: si aūt nō erit quidem nec̄iū multiplicari formā secūdū multiplicationē materie. i. sil' cum materia: ⁊ proportionē ipsi': nō aūt ita q̄ dependeat vnitas vel multitudo ipsius forme a materia: oñsum est aūt quod anima humana est foīa secundum suuz eē a materia non dependēs: vnde sequitur q̄ multiplicantur quidē anime secundum q̄ multiplicant corpora non tm̄ multiplicatio corpoz erit cā multiplicatōis aiaz: ⁊ ideo non oportet q̄ destructis

corporibus esset pluralitas aiarū vt ꝑma rō con cludebat. Ex quo etiam de facili patet responsio ad secūdā rationē: nō eni quelibet formarū diuersitas facit diuersitatē secundū speciez sed solū illa que ē fm principia formalia vel scōm diuersā rationē forme: cōstat eni q alia est essentia forme hꝰ ignis ⁊ illius nec tamen est alius ignis neq alia fō ma secūdū speciē: multitudo igit aiarū a corpibꝰ separatarū cōsequit quidē diuersitatē formarum secūdū substātiā q alia est substantia huꝰ aie ⁊ illius: nō tn ista diuersitas ꝓcedit ex diuersitate principioꝝ essentialiū ipsius aie nec ē secūdū diuersaz rationem ipsius aie: sed ē scōm diuersā cōmēsurationē aiarū ad corpora: hec eni aia ē cōmensurata huic corpi ⁊ nō illi: illa aūt alij: ⁊ sic de oibꝰ: huiusmōi aūt cōmēsurationes remanēt in aiabꝰ etiā pereūtibus corporibus: sicut ⁊ ipse earū substantie manēt q̄ a corpibus secūdū eē nō dependētes: sūt. n. aie scōm substātias suas forme corporꝝ: alias accidētaliꝛ corpori vniret: ⁊ sic ex aia ⁊ corpe nō fieret vnū per se sz vnū per accns: in quātū aūt forme sūt oportet eas eē corporibus cōmēsuratas vnde patet q ipse diuerse cōmēsurationes manēt in aiabus separatis ⁊ per cōsequēs pluralitas. Occasione aūt tertie rationis inducte aliqui eternitatem mundi ponētes in diuersas opiniones extraneas inciderūt. Quidam enim conclusionem simpliciter cōcesserūt dicētes aias hūanas cū corpibꝰ penitꝰ interire. Alij vo dixerūt q de oibus aiabꝰ remanet aliqd vnū separatū qō ē oibꝰ cōe. s. itellectꝰ agens secūdū quosdā: vel cū eo intellectꝰ possibilis scōm alios. Alij aūt posuerūt aias in sua multitudine post corpora remanere: sed ne cogerentur animarum ponere infinitatem dixerunt animas easdē diuersis corporibus vniri posse determinatū tēpus: ⁊ hec fuit platonicoꝝ opinio de qua. j. agetur. Quidā vero oia ꝓdicta vitātes dixerūt nō eē icōueniēs aias separatas actu existere infinitas: esse eni infinitū actu in his que nō hñt ad iuicē ordinē est eē infinitū per accns: qō ponere nō reputāt icōueniēs ⁊ ē positio Auicēne ⁊ Algazelis. Quid aūt hoc Ar. senserit ab eo expresse nō inuenit cū tn expresse mūdi eternitatē ponat: vltima tamen predictarum opinionū principijs ab eo positis repugnat: nā in. ij. phisicoꝝ ⁊ in ꝑmo celi ⁊ mundi ꝓbat infinitū nō esse actu i corporibus naturalibꝰ: nō aūt in substātijs imaterialibus: certū tamen ē circa hoc nullā difficultatē poni catholice fidei professores qui eternitatē mundi non ponentes. Nō est etiā necessariū q si aia manet corpore destructo q fuerit ei accidentaliter vnita vt quarta rō cōcludebat: accidēs. n. describit qō pōt adeē vel ab esse ꝓter corruptionē subiecti cōpositi ex mā ⁊ fō ma: si autē referat ad principia cōpositi subiecti: verū non inuenitur: constat. n. materiā primā in genitā ⁊ incorruptibilem esse vt probat Ar. in ꝑmo phisicoꝝ: vnde recedente forma manz in sua essentia: non tn forma accidentaliter ei vniebatur sed essentialiter: vniebatur enim ei secūdū eē vnū similiter aūt aia vnit corpori scōm esse vnū vt supra ostensum est: vnde licet maneat post corpus: substantialiter ei vnitur nō accidentaliter: q autē materia prima remaneat actu post formā nō est nisi fm actum alterius forme: anima autem hūana manet in actu codez: ⁊ ex hoc contingit q aia humana est forma ⁊ actus: materia autem ꝑma potentia ens. Quo autē q̄nta ratio ꝓponebat nullam operationem posse remanere in anima si a corpore separetur: dicimus esse falsum: manēt. n. operationes ille que per organa non exercentur: huiusmōi aūt sunt intelligere ⁊ velle: que aūt per organa corporea exercētur sicut sunt operationes anime nutritiue ⁊ sensitiue ⁊ hec non manēt. Sciendū tamē est q alio modo intelligit aia separata a corpore ⁊ corpori vnita sicut ⁊ alio mō est: vnumquodq eni secundum hoc agit secundum q̄ē eē quidem anime humane dum est corpori vnita ⁊ si sit absolutuz a corpore nō dependēs: tamē stra mētum quoddā ipsius ⁊ subiectū ipsum recipiēs est corpus: vnde ⁊ consequenter operatio ꝓpria eius q̄ est intelligere etsi nō dependeat a corpore q̄ si per organum corpale exercita: habet tn abiectū in corpore. s. fantasma. vnde q̄ diu est aia in corpore nō pōt intelligere sine fantasmate nec etiam reminisci nisi per virtutē cogitatiuā ⁊ memorati uam per quā fantasmata ꝓparantur vt ex dictis patet: ⁊ ꝓpter hoc intelligere q̄tū ad hunc modum ⁊ similiter reminisci destruit corpore destructo: esse vo anime separate est ipsi soli absq corpore vnde nec eius operatio que est intelligere explebitur per respectum ad aliqua obiecta in corporeis organis existentia que sunt fantasmata: sed intelliget per se ipsam per modum substantiarum que sunt totaliter secūdū esse a corporibus separate: de quibus infra agetur: a quibus etiā tanq̄ a superioribus vberius influentiam recipere poterit ad pfectius intelligendum: cuius signuz etiam in viuētibus apparet: naz anima quando impeditur ab occupatione circa corpus ꝓprium: redditur debilior ad intelligendum aliqua altiora: vnde ⁊ vtus temperantie que a corporeis delectationibus retrahit animā precipue facit homines ad intelligendum aptos: homies etiā dormiētes q̄n corporeis sensibus non vtuntur nec est aliqua perturbatio humoꝝ aut fumositatum impediens: precipiūt de futuris ex superiorum impressione aliqua que modum ratiotinatiōis humane excedunt: ⁊ hoc multo magis accidit in syncopizātibus ⁊ extasim passis: quāto magis fit retractio a corporeis sensibus nec immerito hoc accidit: quia cum anima

humana vt supra ostensum est sit in confinio corporum z incorporearum substantiarum quasi in orizonte existens eternitatis z tẽporis recedẽs ab infimo appropinquat ad sũmum: vnde z quãdo toraliter erit a corpore separata perfecte assimilabitur substantijs separatis quantum ad modum intelligendi: z habendi intelligentiam influentiam ex recipiet: sic igitur z si intelligere nostruz secũdum modum presẽtis vite corrupto corpore corrumpat: succedet isti modo alius tamen modus intelligendi altior reminisci. autẽ cum sit actus p corporeum organum exercitus vt in libro de memoria z reminiscentia Ar. probat: non poterit post corpus in anima remanere nisi reminisci eq̃ uoce sumatur pro intelligentia eorum que quis prius nouit: quam oportet anime separate ad eẽ etiam eorum que uouit in vita: cum species intelligibiles in intellectu possibili indebiliter recipiantur vt dictum est supra: circa alias vero anime operationes sicut est amare gaudere z alia huius modi est equiuocatio cauenda: naz quandoqz sumuntur vt sunt anime passiones z sic sunt actus sensibilis appetitus secundum sensibilem vel irascibilem cum aliqua permutatione corporali: sic in anima manẽ nõ possunt post mortem vt Ar. probat in libro de anima: sumuntur autem quãdoqz pro simplici actu voluntatis q̃ est absqz passione: vnde Ar. in .vij. ethicorum: q̃ deus vna simplici operatione gaudet: z in .x. q̃ in cõtemplatione sapientie est delectatio admirabilis: z in .viij. amorem amicitie ab amatione que est passio distinguit: cum vero voluntas sit potentia nõ vtẽs organo sicut nec intellectus: palam est huiusmodi secundum q̃ sunt actus voluntatis in anima separata remanere: sic igitur ex predictis rationibus concludi non potest animam hominis esse.

Q anime brutorum animalium non sunt immortales. LXXXII.

EX his autem que dicta sũt euidenter ostenditur brutorum aias nõ eẽ imortales. Jã enim ostensum est q̃ nulla operatio sensitiue partis eẽ sine corpe põt: in aiabus aũt brutoz nõ ẽ iuenire aliquã operationẽ superiorẽ opationibus sensitie partis non enim intelligunt neqz rõcinant: quod ex hoc apparet: quia omnia animalia eiusdẽ spẽi ei similiter operantur: quasi a natura mote z nõ ex arte operantes: ois. n Jrũdo similiter facit nidũ z ois aranea similiter telam: nulla igitur operatio ẽ aie brutoz que possit sine corpore eẽ: cum igitur omnis substantia aliquam operationẽ habeat nõ poterit aia bruti absqz corpore esse: ergo peunte corpe perit. Jtẽ ois forma separata a materia est intellecta in actu: sic enim intellectus agens facit species intelligibiles actu in q̃tum abstrahit eas vt ex supra dictis patet: sed si anima bruti manet corrupto corpe: erit forma a materia separata ergo erit forma intellecta in actu: sed in separatis a materia idẽ est intelligens z intellectum vt Ar. dicit in. iij. de aia: ergo aia bruti si post corpus manet erit intellectualis quod est impossibile. Ad huc in qualibet re que põt pertingere ad aliquaz p̃fectionẽ inuenitur naturalis appetitus illius perfectionis: bonũ enim est q̃ oia appetunt: ita tamẽ q̃ vnũquodqz ꝓpriũ bonũ: in brutis aũt non inuenitur aliquis appetitus ad esse perpetuum nisi vt perpetuentur secundũ speciẽ in quãtũ in eis inuenitur appetit9 generationis p quã spẽs perpetuat quod quidẽ inuenit z in plantis z in rebus inanimatis: nõ aũt quãtũ ad proprium appetitum animalis in quantũ ẽ animal qui est appetitus apprehẽsiõnẽ consequens: nam cum anima sensitiua nõ appẽhendit nisi hic z nunc: ipossibile est q̃ apprehendat esse perpetuum: neqz ergo appetit appetitu animali: non est igitur anima bruti capax perpetui esse. Jmp̃. cũ delectationes operationes p̃ficiant vt patet per Ar. in ꝓmo ethicoz: ad hoc ordinat opatio cuiuslibet rei sicut i finẽ in q̃ sua delectatio figit: delectationes aũt brutoruũ animaliũ oẽs referunt ad p̃seruatiã corporis: nõ. n. delectãt in sonis: odoribꝰ: z asuectibus nisi ex q̃ sit indicatiua ciborũ vel venereoz circa que ẽ ois eoz delectatio: tota igitur operatio eoz versatur ad cõseruationem eẽ corporei sicut i finem: igitur est eis aliqõ esse absqz corpore. Huic autez sententie doctrina catholice fidei concordat: dicitur enim Leñ. viij. de animalibus brutis. Alia illius in sanguine est: quasi dicat: ex sanguinis pmanẽtia esse illi9 dependet: z in li. de ecclesiasticis dogmatib9. Solum hominem dicimus animam substãtiuam habẽ i. per se vitalem: brutoz vero animas cum corporibus interire. Aug. etiam in. iij. de anima dicit q̃ intellectiua pars anime seperatur ab alijs sicut incorruptibile a corruptibili. Per hoc autem excluditur positio platonis qui posuit etiam brutoruz animas esse immortales. Videtur tamẽ posse probari brutorum animas esse imortales. Cuius enim est aliqua operatio per se seperatim: z ipsuz est per se subsistens: sed anime sensitiue in brutis est aliqua operatio per se subsistens in qua non comunicat corpus scilicet se mouere: nam mouẽs ꝓponitur ex duobus quorum vnum est mouens z alterum est motum: vnde cum corpus sit motũ relinquitur q̃ anima sola sit mouẽs: ergo est per se subsistens: non igitur potest per accidens corrumpi corpore corrupto: illa enim solum per

accidens corrũpunt que per se non hñt eẽ: per se
aũt non potest corrũpi cũ neq; contrarium hẽat
neq; sit ex ꝓtrariꝫ ꝓposita: reliquit igit ꝙ sit oio
incorruptibilis. Ad hoc etiam videbat redire
platonis rõ q̃ ꝓbabat oẽm animã esse imortalez:
quia. s. anima ẽ mouẽs seipsũ: õne aũt mouẽs seip
sum oportet esse imortale: corpus eni nõ mouitur
nisi abscedente eo a quo mouebatur idẽ aũt seip
so nõ põt discedere: vnde sequit secundum ipsuz
ꝙ mouẽs seipsum non possit mori: ⁊ sic relinque
batur ꝙ aia ois motiua eẽt imortalis etiã bꝛutoꝝ
Ideo aũt hanc rationẽ in idẽ redire diximus cuz
premissa: quia cum secundum platonis positiõez
nihil moueat nisi motum: id qõ est seipsũ mouẽs
est per se ipsũ motiuũ ⁊ sic hz aliquã operatiõez
per se: Nõ solũ aũt in mouẽdo sz etiã in sentiẽdo
ponebat Plato animã sensitiuã ꝓpriaz opatiõez
habere: dicebat enim ꝙ sentire est motus quidaz
ipsius anime sentientis ⁊ ipsa sic mota mouebat
corpus ad sentiendum: vnde diffiniens sensum di
cebat ꝙ est motus anime per corpus. Nec autez
que dicta sunt pz esse falsa: nõ enim sentire est mo
uere sed magis moueri: nã ex potẽtia sentiente fit
aial actu sentiens per sensibilia a quibus sensu im
mutantur: non autem potest dici similiter sensuz
pati a sensibili sicut patitur itellectus ab intelligi
bili vt sic sentire possit esse operatio aie absq; cor
poreo instrumento sicut est intelligere: naz intelle
ctus apprehendit res in abstractione a materia ⁊
materialibus conditionibus que sunt indiuidua
tionis principia nõ aũt sensus: qõ exinde apparet
quia sensus est pticulariuz intellectus vero vliuꝫ
vnde patet ꝙ sensus patiunt a rebus fm ꝙ sunt i
materia: nõ aũt intellectus sz fm ꝙ sunt abstracte
passio igitur intellectus est absq; mã corporali nõ
autez passio sensus. Ad hec diuersi sensus sũt
perceptiui diuersoruz sensibiliũ: sicut visus colo;
auditus sono;: hec autez diuersitas manifeste ex
dispositione organoꝝ diuersa contingit: naz or
ganuz visus oportet esse in potentia ad omnes co
lores: organum auditus ad oẽs sonos: si autẽ hec
receptio fieret absq; organo corporali: eadẽ potẽ
tia esset omniũ sensibiliũ susceptia: nã virtus ima
terialis se hz equaliter quãtũ de se est ad õnes hꝰ
mõi qualitates: vnde intellectus qui nõ vtit̃ orga
no corporali oia sensibilia cognoscit: sentire igit̃ ñ
fit absq; organo corporeo. Preterea sẽsus cor
rũpitur ab excellẽtia sensibiliũ nõ aũt intellectus
quia qui intelligit altiora itelligibiliũ nõ minꝰ po
terit alia speculari sed magis: alterius igitur gene
ris est passio sensus a sensibili: ⁊ intellectus ab itel
ligibili: intellectus quidez passio fit absq; organo
corporali: passio vero sensus cum organo corpo
rali: cuius armonia soluitur per sensibilium excel
lentiam. Q; aũt Plato dixit animã eẽ mouen
tẽ seipsam certum esse videt ex hoc qõ erga corpa
apparet: nullũ eni corꝰ videt mouere nisi sit mo
tũ: vnde Plato ponebat oẽ mouens moueri: ⁊ qz
nõ itur in infinitum vt vnũquodq; motũ ab alio
moueatur: ponebat primũ mouens in vnoquoq;
ordine mouere seipz ⁊ ex hoc sequebatur animã
que ẽ pmũ mouẽs i motibus animaliũ esse aliqõ
mouẽs seipsum. Hoc aũt pz eẽ falsũ dupliciter: p
mo quidẽ quia probatũ est ꝙ õne quod mouet p
se ẽ corpus: vnde cũ aia nõ sit corpus ipossibile ẽ
ipsam moueri nisi per accidens. Scõo qz cũ mo
uens in quãtũ huiusmõi sit actu: motũ aũt in õn
tũ huiusmõi sit i potẽtia: nihil aũt põt eẽ fm idez
actu ⁊ potẽtia: ipossibile erit ꝙ idẽ fm idẽ sit mo
uẽs ⁊ motũ: sz oz si aliquid dicit se ipm mouẽs ꝙ
vna ps eius sit mouẽs ⁊ alia pars sit mota: ⁊ hoc
mõ dicitur aial mouere se ipm: qz aial ẽ mouẽs ⁊
corpus est motũ. Sz qz Plato animã nõ pone
bat esse corpus: licet vteret noie motus qui ꝓpie
corporũ ẽ: nõ tamẽ ẽ hoc motu ꝓprie dicto intelli
gebat: sed accipiebat motũ cõmuniuz ꝙ qualibet
operatione ꝓput etiã Ar. dicit in. iij. de aia ꝙ sen
tire ⁊ intelligere sunt motus quidam: sic autẽ mo
tus non est actus existentis in potentia sed actus
pfecti. vnde cũ dicebat animã mouere se ipsam in
tendebat p hoc dicere ꝙ ipsa operat absq; admi
niculo corporis econtrario ei quod accidit in aliis
formis que non agunt absq; mã: non enim calor
calefacit seperatim sed calidum: ex quo volebat
concludere omnem animam motiuam esse imor
talem: nam quod per se habet operationem: ⁊ p
se existentiaz habere põt: sed iam ostensum est ꝙ
operatio anime brutalis que est sentire non põt
esse sine corpore: multo autem magis hoc appa
ret in operatione eius quod est appetere: nã oia q
ad appetitum sensitiue partis pertinent manife
ste cum transmutatione aliqua corporis fiunt: vn
de et passiones anime dicuntur: ex quibus sequit
ꝙ nec ipsum mouere sit operatio anime sensitiuꝫ
absq; organo: non eniz mouet anima brutalis ni
si per sensum ⁊ appetitum: nam virtus que dici
tur exequens motum facit membra esse obedien
tia imperio appetitus: vnde magis sunt virtutes
perficientes corpus ad moueri q̃ virtutes moti
tes: sic igitur patet ꝙ nulla operatio anime bru
talis potest esse absq; corpore: ex quo de nece
sitate concludi potest ꝙ anima brutalis cum
corpore intereat.

Q. anima humana non incipiat cuz corpore sed fuerit ab eterno. LXXXIII.

Sed q̄ eedem res
siueniūt ⁊ esse incipe ⁊ finē essēdi hīe
potest alicui videri q̄ ex quo aīa hu
mana finē essendi non habet q̄ nec principium es
sendi habuerit sed fuerit semp: quod quidē videt
his rōnib⁹ posse ꝓbari: nā id qō nūq̄ esse desinet
hz v̄tutē vt sit sp: q̄ āt hz v̄tutē nūq̄ de eo verū est
dicere nō esse: quia quātū se extendit virtus essen
di tantum res durat in esse: oē autē quod incepit
esse: est alqñ verū dicere non esse: qō igitur nunq̄
desinet esse nec esse aliquādo incipiet. Ad huc
veritas itelligibiliū sicut est incorruptibilis ita q̄
tū est de se ē etiā eterna: est. n. necessaria: oē aūt ne
cessarium est eternū: q⁊ quod necesse est esse ipossi
bile est non esse: ex incorruptibilitate autem veri
tatis intelligibilis ostendit aīa secūdū esse incorru
ptibilis pari ergo ratione ex eius eternitate pōt ꝓ
bari aie eternitas. Amp̄. illud ñ ē pfectū cui plu
rime suaꝝ partiū principaliū desunt: pz aūt prin
cipales partes vniuersi esse intellectuales substan
tias in quarū genere ostensū est supra eē aīas hūa
nas: si igitur quottidie de nouo tot aie humane
esse incipiant quot hoies nascūt: pz quottidie vni
uerso plurimas principalium suarū partiū ad di
⁊ plurimas ei deesse: sequit igitur vniuersum eē i
perfectū: quod ē impossibile. Ad hoc etiā quidā
argumentant ex auctoritate sacre scripture: dicit
enim Gen̄: ñ ꝓmo q̄ deus die septimo cōpleuit op⁹
suū qō fecerat: ⁊ requieuit ab omni opere quod
patrarat: hoc autem nō esset si quottidie nouas
aīas faceret: nō igit aie hūane eē incipiūt sz a prin
cipio mūdi fuerūt. Propt̄ has aūt ⁊ silles ratiōes
q̄dā eternitatē mūdi ponētes dixerūt animā hūa
nam sicut est incorruptibilis ita etiaz ⁊ ab eterno
fuisse: vñ qui posuerūt aīas hūanas in sui multi
tudine eē imortales. s. platonici posuerunt easdez
ab eterno fuisse ⁊ nūc quidē corporib⁹ vniri: nūc
aūt a corporibus absolui hac vicissitudine ꝑm de
terminata annorum curricula obseruata. Qui
vo posuerunt aīas hūanas eē imortales sz aliq̄d
vnum qō ex oībus hominibus manet p⁹ mortem
posuerūt hoc ipm vnuz ab eterno fuisse siue hoc
sit intellectus agens tñ vt posuit Alexander siue
cum eo etiam intellect⁹ possibilis vt posuit Auer
rois: hoc etiā vident sonare ⁊ Ari. v̄ba: nam de in
tellectu loquēs dicit ipm nō solū incorruptibilem
sed etiā perpetuū eē. Quidā vero catholicā fidez
pfitētes platonicoꝝ doctrinis imbuti viā media
tenuerūt: q⁊. n. ꝑm fidē catholicā nihil ē eternū p̄
ter deū: hūanas quidē aīas eternas nō posuerunt
sed eas cū mūdo siue potius ante mundū visibilē
creatas eē ⁊ tñ eas de nouo corpib⁹ alligari: quā
quidē pōnē ꝓmus inter christiane fidei ꝓfessores
Origenes posuisse inuenit: ⁊ post eum plures ip
sum sequētes: que quidē opinio vsq̄ hodie apud
hereticos manet: quoꝝ manichei eas etiā eternas
asserunt cū platone ⁊ eas de corpore ad corp⁹ trā
sire. Sz de facili ostēdi pōt ꝑmissas pōnes nō esse
veritati subnixas. Q. n. nō sit vnus oiuz itellect⁹
possibilis neq̄ agens iā supra est ostensuz. Unde
restat cōtra istas pōnes ꝓcedē q̄ dicūt plures aias
esse hoium ⁊ tñ ponūt eas añ corpa extitisse siue
ab eterno siue a mūdi cōstitutione: qō quidē vide
tur incōueniens his rationibus. Ostensū ē. n.
supra animā vniri corpori vt forma ⁊ actum ipsi
us: actus autem licet sit naturaliter prior poten
tia: tamen in vno ⁊ eodem tempore est posterior
mouetur enim aliquid de potentia in actuz: pri⁹
igitur fuit semen quod quidem est potentia vnū
q̄ esset anima que est actus vite. Ad hec vni
cuiq̄ forma naturale est proprie materie vniri.
alioquin constitutum ex forma ⁊ materia esset
aliquid preter naturam: prius autez attribuitur
vnicuiq̄ quod conuenit ei secundum naturam q̄
qō cōuenit ei p̄ nām: qō. n. ꝓuenit alicui p̄ nām
inē ei ꝓ accñs: qō āt ꝓuenit ei ꝑz natā iē ei ꝓ se q̄
autem per accidens est: semper posterius ē eo qō
est per se: aie igitur prius cōuenit esse vnitam cor
pori q̄ esse a corpore separatam: non est igit crea
ta ante corpus cui vnitur. Amp̄. omnis pars
a suo toto separata est imperfecta: anima autez cuz
sit forma vt probatū est est pa. s speciei humane:
igitur existens per se absq̄ corpe est iperfecta: per
fectum autem est prius imperfecto i rerū natura
lium ordine: non igitur cōpetit nature ordini q̄
anima fuerit ꝓpus creata a corpore exuta q̄ corpo
ri vnita. Amp̄. si anime sunt create absq̄ cor
poribus: querendum est quomodo sint corpori
bus vnite: aut enim hoc fuit violenter: aut ꝓ na
turam: si autem violenter: omne autem violentuz
est contra naturam: vnio igitur anime ad corpus
est preter naturaz: homo igitur qui ex vtroq̄ cō
ponit est quid inaturale: qō patet esse falsū. Pre
terea substantie intellectuales altioris ordinis sūt
q̄ corpora celestia: in corporibus autem celestib⁹
nihil inuenitur violentum neq̄ contra naturam
multo igitur minus in substantijs intellectualib⁹
si autem naturaliter anime sunt corporib⁹ vnite
naturaliter igitur anime in sui creatione appetie
runt corporibus vniri: appetitus autem natura
lis statim prodit in actum nisi sit aliquid impedi
ens: sicut patet in motu grauium ⁊ leuium: natu
ra enim semper vno modo operatur: stati ergo
a principio siue creationis fuissent corporib⁹ vni
te nisi esset aliquid impediens: sed omne ipediens
executionem naturalis appetitus est violentiam
inferens: per violentiam igitur fuit q̄ anime es
sent aliquo tempore a corporibus separate: qō
est inconueniens: tamen quia in illis substātijs nō

potest esse aliquid violentuz vt supra ostensū ē: tñ qz violentū z qō ē cōtra naturā cū sit per accidēs nō pōt esse prius eo q ē fm naturā neqz tota spēz consequens: Preterea cū vnūquodqz natura liter appetat sua pfectiōez materie ē appetere for mā z nō ecōuerso: aia aūt cōparatur ad corpus sicut forma ad materiā ut supra ostensū est: nō igi tur vnio aie ad corpus fit per appetitū aie sed ma gis per appetitū corporis. Si aūt dicat q vtrūqz est aie naturale. s. vniri corpori z esse a corpore se paratam p diuersis tpibus: hoc videtur esse ipos sibile: qz ea que naturaliť variant circa subiectuz sūt accidētia sicut iuuētus z senectus: si igit vniri corpori z separi a corpore naturaliter circa aiam variet: erit accidēs aie corpi vniri: z sic ex hac vni one hō cōstitutus nō erit ens p se sed per accidēs. Preterea ōne illud cui accidit alteritas aliq secun dū diuersitatē tēpoz: est subiectum celesti motui quē sequitur totus tēporis cursus: substātie aūt i tellectuales z icorporee iter qas sūt aie sepate exce dūt totū ordinē corporis vñ nō pñt esse subiecte celestibus motibus: ipossibile est igit q secūdū di uersa tēpora nāliter vniant qñqz z separēť qñqz: vel naturaliter nūc hoc nūc illud appetāt. Si āt dicat q neqz per violentiā neqz per naturā corpi bus vniunt sed spōtanea volūtate: hoc esse ñ pōt nullus eni vult in statū peiorē venire nisi decepť: aia aūt sepata ē altioris status q corpori vnita: et pcipue fm platonicos qui dicūt q ex vnione cor poris patit oblīuionē eoz que prius sciuit z retar datur a cōtēplatione pura veritatis: nō igit volēs corpori vniť nisi decepta: deceptiōis aūt nulla i eo cā pōt existere cū ponat fm eos sciētiā omniū hīe nec posset dici q iudiciū ex vniuersali cā procedēs in pticulari eligibili subuertatur ꝓpter passiones sicut accidit in cōtinentib⁹. qz passiōes huiusmōi nō sūt absqz corporali trāsmutatiōe: vñ nō pñt eē in aia sepata relinquit igit qz aia si fuisset añ cor pus nō vniret corpori ꝓpria volūtate Preterea ois effectus ꝓcedens ex cōcursu duarū volūtatuz ad iuicē nō ordinatarū est effectus casualis: sicē pz cū aliquis intēdēs emere obuiat in foro creditori illuc nō ex cōdicto veniēti: volūtas aūt patris ge nerātis ex q̄ dependet generatio corporis nō hz or dinē cū volūtate aie sepate vniri volētis: cū igitur absqz vtraqz volūtate vnio corporis z aie fieri nō possit sequtur q sit casualis: z ita generatio hois ñ ē a natura sz a casu: qō pz eē falsū cū sit vt i pluri bus. Si aūt rursus dicat q nec ex natura nec ex p pria volūtate aia corpori vniť: sz ex diuina ordina tione: hoc etiā nō videť cōueniēs si aie añ corpora fuerūt create: vnūquodqz. n. deus instituit secun do cōuenientē modū sue nature. vnde z Ben. pri mo de singulis creatis dr. Uidēs deꝰ qō eēt bonū: z simul de oibus. Uidit deꝰ cūcta q fecerat z erāt valde bona: si igit aias creauit a corporibus sepa ratas oz dicere q hic modus essendi sit cōueniēti oz nature earū: nō ē aūt ad ordinatiōez diuine bo nitatis ptinēs res ad inferiorē statū reducē sz ma gis ad meliorē ꝓmouere: nō igit ex dīna ordiatio ne factū fuisset q aia corpori vniret. Preterea ñ pertinet ad ordinē dine sapie cū superioruz detri mēto ea que sūt infima nobilitare: ifima aūt in re rū ordine sunt corpora generabilia z corruptibi lia: nō igit fuisset ꝓueniēs ordini dine sapie ad no bilitandū hūana corpora aias ꝓexistētes eis vnire cū hoc sine detrimēto eaz eē nō posšit vt ex dictis pz. Hoc aūt Origenes cōsideras cuz poneret aias hūanas a principio fuisse creatas dixit q ordina tione diuina aie corporibus sūt vnite: sz in eaz pe nā: nā añ corpora eas peccasse estimauit z pro qn titate peccati corpibus nobiliorībus vel minꝰ no bilibus eas vnitas esse quasi quibusdā carceribꝰ inclusas. Sed hec positio stare non potest: pena enim bona nature aduersatur z ex hoc dicit ma la: si igitur vnio anime z corporis ē quoddā pena le nō est bonū nature qō ē ipossibile: est enim iten tum per naturam: nam ad hoc naturalis genera tio terminat z iterū sequeretur q esse hominem non esset bonum secundum naturam: cum tamē Ben. ꝓmo dicat post hominis creatiōez. Uidit de us cūcta que fecerat z erāt valde bona. Preter ex malo nō ꝓuenit bonū nisi per accidēs: si igit ꝓ pter peccatū anime separate hoc constitutū est q aia corpori vniatur cum hoc sit quoddam bonū per accidens erit: casuale igitur fuit q homo fie ret: quod derogat diuine sapientie de qua dicitur Sapien. xi. q omnia in numero pondere z mēsu ra instituit. Ad hec autē z hoc repugnat apo stolice doctrine manifeste: dicitur. n. Ro. ix. de Ja cob z Esau q cū nondum nati essent aut aliquid boni aut aliquid mali egissent: dictum est q ma ior seruiet minori: non igitur antēq hoc verbum diceretur aliquid eorum anime peccauerant: cuz tamen hoc post eorum conceptionem dictum fue rit ut patet Gen. xxv. Sunt autem supra cum de distinctione rerum ageretur plura contra Orige genis positionem inducta que etiam hic possent assumi: z ideo eis preter missis ad alia transeūduz est. Item necesse est dicere q anima humana aut indigeat sensibus aut non: videtur autez ma nifeste per id quod experimur q indigeat sensib⁹ quia qui caret sensu aliquo non habet scientiam de sensibilibus que cognoscuntur per sensum illū sicut cecus natus nullā sciam habet nec aliquid i telligit de coloribus. Et preterea si non sunt ne cessarij humane anime sensus ad intelligenduz non inueniretur in homine aliquis ordo sensi tiue et itellectiue cognitiōis: cuius ōrīj expiemur nā ex sēsibus sīūt i nobis mēorie ex qb⁹ expimēta

de rebus accipimus: per que ad comprehendēdū vniuersalia sciarū ⁊ artiū pncipia puenimus: si g̃ aia hūana ad intelligēdū sensibus idiget: natura aūt nulli deficit in necessarijs ad ppriaz operatiōē explēdā: sic aialibus habētibus aiam sensitiuā ⁊ motiuā dat cōueniētia organa sensus ⁊ mot⁹: ñ fuisset aia hūana sine necessarijs adminiculis sē suū istituta: sensus aūt nō opant sine organis corporeis: vt ex dictis patet: nō igit fuit instituta aia sine corporeis organis. Si aūt aia hūana nō indiget sensibus ad intelligenduz ⁊ ppter hoc dicitur ablq; corpe fuisse creata: oz dici q̃ ātēq̃ corpi vniret oīuz sciarū veritates intelligebat p se ipam q̃ platonici cōcesserūt dicētes ideas q̃ sūt forme rez intelligibiles sepate fm platonis sniaz cām scie eē: vñ aia sepata cū nullū ipedimētū adesset plenarie oīuz sciarū cognitionē accipiebat: oz igit dicere q̃ dū corpori vnit cū ueniat ignorās obliuionē pha bite scietie patiat qō ēt platonici cōfitent: hui⁹ rei signū eē dicētes q̃ quilibet quātūcūq; ignoret or dinate interrogat⁹ de his q̃ in sciētijs traduntur: vi tatē respōdet: sicut cū aliqs iā oblito aliquoz q̃ p us sciuit seriatim ꝓponit ea que prius fuerat obli tus: in eoz memoriā ipsū reducit: ex quo etiā seq̃ batur q̃ addiscē ñ eēt aliud q̃ reminisci. Sic igit ex hac positione de necessitate ꝓcludit q̃ vnio corporis ⁊ aie pstet intelligentie aie ipedimentū: nulli aūt rei natura adiūgit aliq̃d p qō sua operatio ipediat sz magis ea per que fiat cōueniētior: ñ igit erit vnio corpis ⁊ aie naturalis: ⁊ sic homo ñ erit res naturalis nec ei⁹ generatio naturalis: que pa tent eē falsa. Preterea vltim⁹ fīnis rei cuiuslibet est id ad qō res puenire nitit p suas operationes: sz p oēs ppias ordinatas opationes ⁊ rectas hō puenire nitit in vitatis cōtēplationē: nā opatiōes vtutū actiuarū sūt quedā ꝓparatiōes ⁊ dispōnes ad vtutes cōtēplatiuas: finis igit hois est puenire ad vitatis cōtēplationē: ppter hoc igit aia est vnita corpi qō est esse hoiem: nō igit per hoc q̃ vnit corpi sciam habitā perdit: sz magis ei vnit vt sciē tiam acquirat. Itez si aliqs sciarū ignarus de his que ad scietias pertinēt interroget nō respōdebit veritatē nisi de vniuersalib⁹ pncipijs que nullus ignorat sz sūt ab oibus eodē mō ⁊ naturaliter cognita: postmodū aūt ordinate interrogatus respondebit vitatē de his que sunt ppinqua pncipijs habito respectu ad pncipia: ⁊ sic deinceps quouscq; veritatē ꝓmoz pncipioz ad ea de qb⁹ interrogat applicare potest. Ex hoc igit manifeste apparet q̃ p pncipia prima in eo qui interrogat causat cognitio de nouo: nō igitur prius habite notīcie reminiscit. Preterea si ita esset aie naturalis cognitio cōclusionū sicut pncipioz: eadez esset scientia apud ōnes de conclusionibus sicut de pncipijs: quia q̃ sūt naturalia sūt eadē apud ōmnes: nō est autē eadē scia apud oēs de cōclusionibus sz solū de pncipijs: pz igit q̃ cognitio pncipiorum est nobis naturalis ñ aūt cōclusionū: qō aūt nō ē naturale nobis acq̃rimus p id qō ē naturale: sicut etiam in exterioribus p mar⁹ instituim⁹ oia artificialia: nō g̃ cōclusionū scia ē in nobis nisi ex pncipijs acquisita. Ad hec cum natura semper ordinetur ad vnum vnius virtutis oportebit esse naturaliter vnum obiectum: sicut visus colorem ⁊ auditus sonū itellectus igit cum sit vna vis est eius vnū naturale obiectū cuius p se ⁊ naturaliter cognitionē habet: hoc autem oz esse id sub quo cōphendunt oia ab intellectu cognita sicut sub colore ꝓprehendunt oēs colores qui sūt p se visibiles: qō nō ē aliud q̃ ens naturaliter igit intellectus noster cognoscit ens ⁊ ea q̃ sunt p se entis in q̃tū huiusmōi: i q̃ cognitiōe fundat ꝑmoruz pncipioz noticia vt nō eē simul affirmare ⁊ negare ⁊ alia huiusmōi: hec igit sola pncipia intellect⁹ noster naturaliter cognoscit: conclusiones aut ē p ipa: sicut per colorē cognoscit visus oia sensibilia tam cōmunia q̃ sensibilia per accidens. Preterea id quod per sensum in nobis acquirit non infuit aie ante corpus: sed ipsorū pncipioz cognitio in nobis ex sensibilibus causat: nisi enīz aliq̃ totum sensu percepissemus non possemus intelligere q̃ totū esset maius parte: sicut nec cecus natus aliquid percipit de coloribus: ergo nec ipsoz pncipioz cognitio affuit anime ante corpus multo igitur minus aliorum: non igitur firma est platonis ratio q̃ anima fuit anteq̃ vniretur corpori. Item si omnes anime preextiterunt corporibus quibus vniuntur: consequens videtur q̃ eadē anima secundum vicissitudinez temporum diuersis corporibus vniatur quod quidez aperte consequitur ponentes eternitatez mundi: si enim generatio hominuz est sempiterna oportet infinita corpora humana generari ⁊ corrumpi secūdū totum temporis decursum: aut ergo oportebit dicere aias ꝑtitisse actu infinitas si singule anime singulis corporibus vniuntur: aut oportebit dicere si anime sunt finite q̃ eedem vniantur nūc his nunc illis corporibus. Idem autem videtur sequi si ponantur anime prefuisse corporibus: ⁊ cū generatio non sit eterna etsi enim ponatur humana generatio non semper fuisse: tamen nulli dubium est quin secundum naturam in infinitum possit durare: sic enim est vnusquisq; naturaliter istitutus nisi per accidens impediatur vt sicut est ab alio generatus ita possit alium generare: hoc autem eēt impossibile si animalib⁹ existentibus finitis vna pluribus corporibus vniri non possit: vnde ⁊ plures ponentium animas ante corpora ponunt transitum anime de corpore in corpus: hoc aūt ē ipossibile: nō igit aie añ corpora ꝑextiterūt.

Q; aũt sit ipossibile vnã animã diuersis corporib⁹ vniri sic patet: anime. n. hũane non differunt spẽ ab iuicẽ sz nũero solo: alioquin ꝛ hoies spẽ differẽt: differentia aũt fm numeꝝ ineſt fm principia mãlia: oz igitur diuersitatem animarũ hũanaruz fm aliquid mãle sumi: nõ aũt ita ꝙ ipsius aie sit materia pars: ostensum est eni supra ꝙ ẽ substantia itellectualis ꝛ ꝙ nulla talis substãtia materiaz hz: relinquit ḡ ꝙ scõm ordinẽ ad diuersas materias quibus aie vniunt diuersitas ꝛ pluralitas aiarũ sumat eo mõ quo supra dictũ est: si igit sunt diuersa corpora necesse ẽ ꝙ hẽant diuersas animas sibi vnitas: non igitur vna pluribus vnitur. Ad huc ostensuz est supra aiam vniri corpi vt formaz formas aũt oz eẽ ppꝛũs materiꝛ̃s ꝓportionatas cũ se hẽant ad iuicẽ sicut potẽtia ꝛ actus: ppꝛius ãt actus ppꝛie potentie respõdet: nõ ḡ vna aia pluribus corporibus vnit. Amp virtutẽ motoꝛis oz esse suo mobili ꝓportionatã: nõ. n. quecunqꝫ vt mouet quodcũqꝫ mobile: aia aũt ꝛsi nõ sit forma corporis nõ tn põt dici ꝙ nõ sit motor ipsius: aiatum autem ab inaiato distinguim⁹ sensu ꝛ motu oz igit fm diuersitatẽ corꝝ esse diuersitatẽ aiarũ. Itẽ in his que generant ꝛ corrũpunt impossibile est per generationem reiterari idẽ numero: cuz eni generatio ꝛ corruptio sit motus in substantiã in his que generantur ꝛ corꝝumpunt non manet substantia eadem sicut manet in his que secũduz locũ mouentur: sed si vna anima diuersis corpibus generatis vnitur successiue: redibit idẽ numero homo per generationẽ: qõ fm platonẽ de necitate sequit qui dixit hoiem eẽ aiam corpe indutã sequitur etiã ꝛ in malis quibuscunqꝫ: quia cũ vnitas rei sequat formã sicut ꝛ esse: oz ꝙ illa sint idẽ numero quoꝝ ẽ forma numero vna: nõ igit ẽ possibile vnã animã diuersis corporib⁹ vniri: ex q̃ ẽt sequit ꝙ nec aie fuerũt ante corpora. Huic autez veritati catholice fidei sntia cõcordat. Dr. n. in ps Qui finxit sigillatim corda eoꝝ qz. s. vnicuiqꝫ seorsũ ꝓprie deus aiam fecit: nõ aũt simul oẽs creauit nec vnã diuersis corporibus adiũxit. Dic etiã i libro de ecclesiasticis dogmatibus dr. Alias hoium dicimus nõ esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas nec simul creatas sic Origenes finxit.

Solo rõnũ ꝓmissarũ. LXXXIIII.

Rationes autẽ quibus ꝓbaꝛ aias ab eterno fuisse vt saltẽ corpibus preextitisse facile ẽ solvere. Qõ eni ꝓmo dr aiam hẽre vtutẽ vt sit sp concedi oz. Sz sciẽdũ ꝙ vtus ꝛ potentia rei non se extẽdit ad id qõ fuit sz ad id qõ ẽ vel erit: vnde ꝛ in ꝓteritis possibilitas locũ nõ hz: ñ igit ex hoc ꝙ aia hz vtutẽ vt sic sp põt cõcludi ꝙ sp fuerit: sz ꝙ sẽp erit. Preiea ex vtute nõ sequit id ad qõ ẽ vt⁹ nisi ꝓsupposita vtute: q̃uis igit aia hẽat virtutẽ vt sit sp: nõ tn põt cõcludi ꝙ aia sit sp: nisi postq̃ hãc vtutẽ accepit: si aũt sumat ꝙ hãc vtutẽ ab eterno habuerit: erit petitũ id qõ oportebit ꝓbari. s. ꝙ fuerit ab eterno. Quod vero. ij. obꝟcitur de eternitate veritatis quam itelligit aia cõsiderare oportet ꝙ intellecte veritatis eternitas potest intelligi dupliciter: vno modo quantuz ad id quod intelligitur: alio modo quantum ad id quo intelligitur: etsi q̃dem veritas intellecta sit eterna quantum ad id quod intelligitur: sequetur eternitas rei que intelligitur: non autem intelligentis: si autem veritas intellecta sit eterna quãtum ad id quo intelligitur sequeretur intelligentem animam esse eternam: sic autem veritas intellecta non est eterna sed primo modo. Ex premissis enim patet ꝙ species intelligibiles quibus anima nostra intelligit veritatem de nouo nobis aduenire ex fantasmatibus ꝓ intellecium agentem: vnde non potest concludi ꝙ anima sit eterna sed ꝙ veritates intellecte fundentur in aliquo eterno: fundantur autem in ipa prima veritate sicut in causa vniuersali contenta omnis veritatis: ad hoc autem eternũ cõparatur anima non sicut subiectum ad formam sed sicut res ad ꝓprium finem: nã verum est bonum intellectus ꝛ finis ipsius: ex fine autem argumentuz accipere possumus de rei durationẽ sicut ꝛ de initõ rei argumentari possumus per causam agentez: quod enim est ordinatum ad finem sempiternuz: oportet esse capax perpetue durationis: vnde potest ꝓbari ex eternitate veritatis intelligibilis i mortalitas anime non autem eius eternitas. Q vero non possit ꝓbari ex eternitate agentis patet ex his que supra dicta sunt cum de eternitate creaturarum quereretur. Qõ etiam tertio obꝟcitur de perfectione vniuersi necessitatem non habet: vniuersi enim perfectio attenditur quãtũ ad species non quãtum ad indiuidua cum continue vniuerso plurima indiuidua addantur preexistẽtium specierum: anime autem humane non sunt diuerse secundum speciem sed solum numero vt ꝓbatum est: vnde nõ repugnat perfectioni vniuersi si anime de nouo creentur. Ex quo etiam patet solutio ad id quod. iiij. obꝟcitur. Scilicet enim ꝙ dicitur Gen̄. ꝓmo ꝙ deus cõsumauit opera sua ꝛ ꝙ requieuit ab omni opere qõ patrarat sicut ergo consumatio siue perfectio creaturaruz secũdum spẽs consideratur ꝛ non fm indiuidua: ita quies dei est intelligenda secundum cessationem a nouis speciebus condendis non autez a nouis indiuiduis quorum similia secundum species ꝓcesserunt: ꝛ sic cum oẽs anime hũane sint vnius spẽi sicut ꝛ oẽs homines: non repugnat predicte

quieti si deus quotidie nouas animas creat.

Sciendum autem est quod ab Arz. non inuenitur dictū q intellect⁹ human⁹ sit eternus: qđ tñ dicē cōsuenit i his q̄ fz suā opionē sp fuerūt: dicit aūt ipm eē ppetuū: qđ q̄dē pōt dici de his q̄ sp erūt ēt si nō semp fuerūt. vnde z in .xi. metaphisice cum anima intellectiua a cōditione aliaz formarum exciperet: nō dixit q hec forma fuerit añ mām: q̄ tñ Plato de ideis dicebat: z sic videbat cōuenies marie in qua loq̄batur vt aliquid tale de aia dicer: fz dixit q manet post corpus.

Q. aia nō sit de substantia dei. LXXXV.

quas vnitas eē credebant corpibus aeris quos demones eē dicebāt: ⁊ tñ q3 supra hoies eos eē credebant sic corp⁹ aereū ē supra terrestre huiusmodi: etiam substantias colendas dīno cultu ab hoibus ponebant: ⁊ i ꝓparatōe ad homines deos illos eē dicebant q̄ medios inter hoies ⁊ deos et quia animas bonoꝝ p hoc q̄ a corpore sepantur in statū altioꝛē q̄ sit status p̄sentis vite trāsire credebant: etiam aiab⁹ mortuoꝝ quas heroycas aut manes vocabant: dīnū cultū exhibēdum eē opinabātur Quidā vo deum eē aiam mūdi estimantes crediderunt q̄ toti mūdo ⁊ singulis eius ptib⁹ eēt cult⁹ dinitatis exhibendus non tñ ꝓpter corpus sz propter aiam quā deum eē dicebant: sicut ⁊ homini sapienti honor exhibetur non propter corpus: sed propter animam. Quidam vero etiam ea que ītra homiez sūt fm naturā homi tñ colenda esse dicebāt dīno cultu in q̄tum in eis ptic̄pat aliquid vtutis supioris nāe: cum quasdam imagines p homies factas sortiri crederent aliquaz vtutem supnaturalem: vel ex ifluentia celestū corporum: vel ex p̄ntia aliquorum spirituū: dicebāt huius imaginib⁹ diuinū cultum esse exhibēdum: q̄s etiam imagines deos vocabāt: propter q̄ ⁊ idolatre sūt dicti: q3 latrie cultum idolis. i. imaginibus impēdebant. Est autē irrōnabile ponētibus vnuz tñ p̄ncipiū sepatum: cultum dīnū alteri exhibē: cultum enim deo exhibem⁹ ut dictū ē nō quia ipe hoc indigeat sed ut in nobis firmetur etiā p sensibilia opinio vera de deo: opinio aūt de hoc q̄ de⁹ sit vnus supra oia exaltatus: per sēsibilia firmati non pōt in nobis nisi p hoc q̄ ei aliq̄d separatum exhibem⁹ q̄ dicim⁹ cultum diuinū: pz ergo q̄ va opinio de vno p̄ncipio debilitatur si cultus diuinus pluribus exhibeat. Preterea sicut dictū ē supra: hmōi cultus exterior homi necessari⁹ ē ad hoc q̄ aīma hois excitetur in spūalē reuerētiam dei: ad hoc autē q̄ amim⁹ hois ad aliquid moueatur: multum opat ꝓsuetudo: nam ad ꝓsueta facilius moueī: habet autē hoc humana ꝓsuetudo q̄ honor qui exhibetur ei q̄ sūmuz locū in re publica tenz puta regi uel imꝑatori nulli alij exhibet: ē igitur anim⁹ hois excitādus ad hoc q̄ estimet eē vnū summū rez p̄ncipiū per hoc q̄ ei exhibeat quod nulli alti exhibetur: ⁊ hoc dicim⁹ latrie cultum. Item: si cult⁹ latrie alicui deberet q3 est superioꝛ ⁊ nō quia summus: cum hominum vnus alio sit superioꝛ ⁊ etiā angeloꝝ: sequeret q̄ vnus homo exhibere latriā alteri deberet ⁊ āgelus angelo: ⁊ cum ille inē homies qui supior ē q̄tum ad vnum sit inferioꝛ q̄tū ad aliud: videtur q̄ mutuo sibi hoies latriam exhibere deberēt: quod ē inō ueniens. Ad hec fm hoium ꝓsuetudinē ꝑ speciali beneficio spālis retributio debet: est autē q̄dam spāle beneficium q̄ homo a deo sūmo percipit. ſ. creationis sue: ostensū est. n. in. ij. libro q̄ solus deus creator est: debet ḡ homo aliq̄d speciale deo reddere in recognitionē beneficij specialis ⁊ hoc ē latrie cult⁹ Amp̄. latria fuitiū dī: fuitiū āt dño debet. dñs āt ꝓpe ⁊ ve ē q̄ alīs p̄cepta operandi dispensat ⁊ a nullo regulā opandi sumit: q̄ eni exequit q̄ a supioꝛi fuerit dispositū magis est minister q̄ dñs. de⁹ āt q̄ ē sūmū rez p̄ncipiū ꝑ suā ꝓuidentiā oia ad debitas actōes dispōit ut supra dñsū ē. vñ ⁊ i sacra scripta ⁊ angeli ⁊ supioꝛa corpora ministrare dicuntur: ⁊ deo cui⁹ ordinationē exequūtur: ⁊ nobis in quoꝝ vtilitatē actiones eorū proueniūt: nō est igitur cult⁹ latrie q̄ sūmo debetur dño exhibendus nisi summo rez p̄ncipio. Item inter alia que ad latriā pertinent singulare vi ē sacrificiū. nā genuflexiones: prostratōes ⁊ alia huiusmodi honoꝛis indicia: ēt hōibus exhiberi p̄ñt lz alia intentione q̄ deo. sacrificiū āt nullus offerendū censuit alicui nisi q3 eū deū estimauit aut estimare se finxit. exterius āt sacrificiū repntatiuū est interioꝛi veri sacrificij fm q̄ mens hūana seipsā deo offert. offert aūt se mens nīa deo. ſ. q̄si sue creatōis p̄ncipio: q̄si sue opatōis actoꝛi: quasi sue beatitudinis fini: q̄ q̄dē ꝓueniūt soli sūmo rez p̄ncipio. dñsū ē āt supra: q̄ aie rōnalis cā creatrix solus de⁹ sūmus est: ipse. n. solus hois voluntatez pōt iclinare ad qōcūq̄ voluerit: vt supra dñsū est pz ēt ex supioꝛib⁹ q̄ in ei⁹ soli⁹ fruitōe vltia hois cōsistit felicitas: soli igitur sūmo deo hō sacrificiū ⁊ latrie cultū offerre dz. nō aūt substātijs q̄buscūq̄ spūalibus. Lz āt positio q̄ ponit deū sūmū nō esse aliud quā anima mundi magis a veritate recedat vt supra ostensum est. illa vero que ponit deum separatum esse et ab ipso existere omnes alias intellectuales substantias siue separatas siue corpori coniunctas sit vera. hec tamen positio rationabilius mouetur ad exhibendum latrie cultum diuersis: exhibendo enim latrie cultum diuersis rebus videntur vni summo deo latriam exhibere: ad quem secundum eorum positionem diuerse partes mundi comparantur sicut ad animaz hominis diuersa corporis membra. Sed etiam ei ratio obuiat: dicunt enim mundo non esse exhibendum latrie cultum ratione corporis sed ratione anime quam deum esse dicunt. Licet autem corpus mundi diuisibile sit in partes diuersas: anima tamen indiuisibilis est: non est igitur diuinitatis cultus diuersis rebus exhibendus: sed vni tantum. Ad hec si mundus ponitur animam habere; que totum animet: et omnes partes ipsius: non potest hoc intelligi de anima nutritiua vel sensitiua: quia harum partium anime operationes non competunt oī bus partibus vniuersi: dato etiam q̄ mundus haberet animam sensitiuam: vel nutritiuam:

nō ꝓpter huiusmodi aias deberet ei latrie cultꝰ sicut nec brutis aialibus nec plātis: relinquitur ḡ ꝙ hoc ꝙ dicūt deū cui debetur latria esse animā mūdi intelligatur de aia intellectuali: que quidē aia nō est perfectio determinataꝫ partiū corporis sz aliquo modo respicit totū: qō etiā i nīa aia que ē ignobilioꝛ pz: nō. n. itellectus habz aliquod organum corporale ut ꝓbatur i tertio de aia: nō igitur exhibēdus eēt cultus diuinitatis diuersis partibus mūdi sed toti mūdo ꝓpter aiam eius scōm eoꝫ radicē. ¶ Amp̄. si fm eoꝫ positionem vna tm̄ sit aia que totum mūdum animat ⁊ ptes oēs ipsius: mūdus aūt nō dicitur deus nisi ꝓpter animam: erit ḡ vnꝰ tm̄ deus ⁊ sic cultus diuinitatis non debetur nisi tātuz vni: si vō sit vna aia totius ⁊ diuerse ptes itez habeant ōrās aias oz eos dicē ꝙ aie ptū sub aia totius ordinētur: eadem. n. est ꝓportio pfectionū ⁊ pfectibiliū: existentibus autē pluribus substātijs itellectualibꝰ ordinatis: illi tātuz debetur latrie cultus q̄ sūmū locum in eis tenet ut oīsū est cōtra aliā positionē: nō erit igitur exhibendus latrie cultus ptibus mūdi sz solū toti. ¶ Preterea manifestū ē q̄sdā ptes mūdi non habere aiam ꝓpriā: eis igitur nō erit exhibēdꝰ latrie cultus: ⁊ tamen ipsi colebant animas ⁊ mūdi elementa .s. terrā aquam ignē ⁊ alia huiusmodi inanimata cōpora. ¶ Item manifestū ē quod supius non debet inferiori latrie cultum: hō aūt supioꝛ ē ordine nāe ad minꝰ oībus inferioribꝰ coꝛpibꝰ quāto perfectioꝛē habz formā: nō igitur ab hoie eēt exhibēdus latrie cultus inferioribus coꝛporibus si ꝓpter ꝓprias eorū aīmas eis cultus deberetur. ¶ Eadē etiā inconueniēcia sequi ncce ē si quis dicat quod singule partes mundi habeāt ꝓprias aias non aūt totū hz aliquā vnam cōem: oportebit eni quod suprema pars mundi habeat aiam nobiliorē cui soli fm premissa debeē latrie cultus. ¶ Dis aūt positionib' irrōnabilioꝛ ē illa q̄ dicit imaginibus eē latrie cultum exhibēdum. Si. n. huiusmodi imagines hñt vīrutem aut aliquā dignitatē ex coꝛporibus celestibz: non ꝓpter hoc debetur eis latrie cultus: cum nec ipsis coꝛporibus celestibus debeatur nisi forte ꝓpter eorum animas ut quidam posuerunt. he aūt imagines ponūtur vīrutem aliquā cōsequi ex corporibus celestibꝰ fm eorum coꝛporalē virtutē. ¶ Preterea manifestum ē nō consequi ex celestibus corporibus tam nobilē perfectionē sicut ē aia rōnalis: sūt ḡ infra gradum dignitatis cuiꝰlibet hois: non igitur ab hoie debetur eis aliquis cultꝰ. ¶ Adhuc causa potioꝛ est effectu: haꝫ aūt imaginum factores sūt hoies: nō igitur homo debz eis aliquē cultū. Si āt dicat ꝙ huiusmodi imagies hñt aliquā virtutem aut dignitatē ex hoc ꝙ eis adherent alique spūales substātie debeatur latrie cultus nisi soli summe

¶ Preterea nobiliori modo aia rōnalis adheret corpi hois q̄ aliq̄ spūalis substātia adhereat predictis imaginibꝰ: adhuc igitur hō remanet in maiori dignitate q̄ ꝑdicte imagines. ¶ Ad hec cum huiusmodi imagines interdum ad aliquos noxios effectꝰ fiāt mānifestū ē ꝙ si ꝙ aliq̄s spūales substās effectum sortiātur ꝙ ille spūales substantie sint vitiose: qō etiā mānifestius ꝓbatur ꝑ hoc ꝙ respōsionibus decipiūt ⁊ aliqua ꝓtraria vtuti exigūt a suis cultoꝛibus: ⁊ sic sūt bonis hominibus iferioꝛes non ergo eis debetur latrie cultus. Manifestum ē ergo ex dictis ꝙ latrie cultꝰ soli vni sūmo deo debetur. ¶ Hic ē qō dr. Exo. xxij. Qui īmolat dīs occidetur ꝑter domino soli. ⁊ Deut. vi. Dominū deū tuū adorabis ⁊ illi soli seruies: ⁊ Ro. i. dr de gētilibus. Dicētes. n. se eē sapientes: stulti facti sūt ⁊ mutauerūt gloriā icoꝛruptibil' dei i siliꝫudinē imagis coꝛruptibil' hois ⁊ volucrū ⁊ q̄drupedū et serpentū: ⁊.ĵ. Qui cōmutauerūt veritatē dei i mēdaciū ⁊ coluerūt ⁊ seruierūt creature potiusq̄ creatoꝛi q̄ super oia deꝰ bñdictus in secula. Quia ḡ i debitū est ꝙ latrie cultus alteri exhibeat q̄ primo rez p̄ncipio. ad indebita aūt incitare nō ē nisi rōnalis creature male dispōsite: manifestū ē ꝙ ad p̄dictas indebitas culturas instinctū demonū hoies ꝓuocati fuerunt qui se ēt loco dei hōibus colēdos exhibuerūt dīnū appetētes honorē. Hinc ē qō dr in ps. Oēs dīj gentiū demonia: ⁊.ĵ. Lozin. x. Que immolant gentes demonīs ⁊ non deo. Quia igit est p̄ncipal' legis dīne intentio vt hō deo subdatur ⁊ ei singularē reuerentiā exhibeat nō solū corde: sed ēt oze ⁊ opere coꝛpali: iō primit' Exo. xx. ubi lex dīna proponitur: iterdicit cultus pluriū deoꝛ vbi dr. Non habebis deos alienos corā me: ⁊ non facies tibi sculptile neq̄ oēm siliꝫitudinē. scōo idicit hōi ne irreuerenter diuinū nomen oze ꝓnunciet ad ꝓfirmationē. s. alicuius falsi: ⁊ hoc est qō dicit. Non assumes nomen dei in vanū. tertio indicitur requies fm aliqō tēpus ab exterioribus exercitijs ut mēs diuine cōtēplationi vacet: ⁊ iō dr. Memēto vt diē sabbati sanctifices.

Qz dīna lex ordinat hoiem fm rōem circa coꝛpalia ⁊ sēsibilia. CXXI.

Sicut autem per coꝛpoꝛalia ⁊ sensibilia mens hois eleuari potest in deuz: si quis eni reuerētia dei debito modo vtatur: ita ēt eoꝫ indebitus vsus mētē uel a deo totaliter abstrahit: dū i iferioribus reb' cōstituitur volūtatis finis: vel mētis intentionem a deo retardāt dū vltra q̄ nesse sit ad huiusmodi res afficimur: est aūt dīna lex ad hoc

principaliter data: ut hō adhereat deo: pertinet igitur ad legem dīnam ordinare hoiem circa corporalia ⁊ sensibilium affectionez ⁊ usum. Ad huc sicut mens hois ordinatur sub deo: ita corp' sub alia ordinātur: ⁊ inferiores uires sub rōne: pti net āt ad diuinam ꝓuidentiam cuius quidem rō hōi a deo ꝓpōsita dīna lex est ut singula suū ordinem teneāt: est igitur sic hō ordinandus lege dīna vt interiores uires rōni subdantur ⁊ corpus aie ⁊ exteriores res ad necessitatem hōis deseruiant. Ad Timō. quelibet lex recte ꝓpōsita inducit ad uirtutem: virtus āt in hoc consistit: ꝙ tā iteriores affectiones ꝙ corpalium rerum usus rōne regulētur: est igitur hoc lege diuina statuēdum. Ppre. ad vnūquēq; legislatorem pertinet ea lege statuere sine quibus lex obseruari non pōt: cum āt lex rōni ꝓponatur: hō legem nō sequeretur nisi alia oia: que pertinent ad hominē rōni subderentur: pertinet igitur ad legem diuinam precipere: ut oia q̄ sunt hois rōni subdantur. Hinc ē qō dī Ro. xij. Rōnabile obsequium uestrum. Et. i. Thessa. iiij. Hec est uoluntas dei: sāctificatio uestra. Per hoc āt excluditur quorūdam error dicentium illa solum esse peccata quibus proximus aut offēditur aut scādalizatur.

Qua rōne fornicatio simplex sm legē dīnaz sit pcēm: ⁊ ꝙ mīmonium sit nāle. CXXII.

Sed hoc autē appa ret uanam eē rōnem quorūdam dicentium fornicationem simplicē nō esse pcēm. Dicunt. n. sic. Aliqua mulier a uiro soluta que sub nullius potestate uel patris uel alicuius alterius existat: si quis ad eam accedat ea uolente: non facit illi iniuriam: qz sibi placet: ⁊ sui corporis hz plātem: ⁊ alteri non facit iniuriam: quia sub nullius plāte esse ponitur: non uidetur igitur esse pcēm. Non āt vī esse rnsio sufficiens: si quis dicat ꝙ facit iniuriam deo. Non. n. deus a nobis offēditur: nisi ex eo ꝙ contra nostrū bonum agimus: vt dictum ē: hoc āt non apparet contra hominis bonum: vnde ex hoc nō vī deo aliqua iniuria fieri. Silr ēt non vī sufficiens rnsio ꝙ per hoc fiat iniuria proximo qui scādalizatur: contingit n. de aliquo qō scōm se non est pcēm aliquē scandalizari: ⁊ sic fit pcēm per accidens: nunc aūt non agimus: an fornicatio simplex sit pcēm per accns sed per se: oz igitur ex superioribus solutionē inq̄rere. Dictū ē. n. ꝙ deus uniuscuiusq; curam hz: hz id qō est ei bonum: est āt bonum uniuscuiusq; ꝙ finē suum cōsequatur: malum āt eius est qō a debito fine diuertat: sicut āt in toto ita ⁊ in partib' ꝓsiderari oz: ut. s. vna quecq; pars hois ⁊ quilibet actus eius finem debitū sortiatur: semen aūt et li sit superfluum q̄tum ad idiuidui conseruationē: est tn nccium q̄tum ad ꝓpagationez spēi: alia uero superflua ut egestio urina sudor et silia ad nihil nccia sunt: vnde ad bonum hois pertinet solū ꝙ emittātur: non solum āt hoc queritur in semie sed ut emittatur ad generationis utilitatē ad quā coitus ordinatur: frustra āt esset hois generatio: nisi ⁊ debita nutritio sequeretur: qz generatū nō remaneret debita nutritione subtracta: sic igitur ordiata dz esse semis emissio: vt sequi possit ⁊ generatio conueniens et geniti educatio. Ex quo pz ꝙ contra hois bonum ē ois emissio seminis tali modo: qz generatio sequi non posset: ⁊ si ex proposito hoc agatur: oz esse pcēm. Dico āt modum ex quo generatio sequi non pōt scōm se: sicut ois emissio seminis sine nāli coniūctione maris et femine propter qō h' modi pcēa contra nām dicuntur. Si āt per accidens generatio ex emissione seminis sequi non posset: hoc nō ē contra nām nec peccatum: sicut si contingat mulierē sterilē eē. Similiter ēt oz cōtra bonum hois esse: si semē talit emittatur ꝙ generatio sequi posset: sed educatio conueniens impediatur. Est. n. considerandū ꝙ i aialibus in quibus sola femina sufficit ad prolis educationem: mas ⁊ femina post coitum nullo tē pore cōmanent: sicut pz in aialibus: quecunq; uero aialia sunt i quib' femina non sufficit ad educationem prolis: mas et femia sīl post coitū commanent quousqz nccium ē ad prolis educationez ⁊ instructionez: sicut pz in quibusdā auibus: quorum pulli non statim postq̄ nati sunt: pñt cibum sibi querere: cum. n. auis non nutriat lacte pullos qō iu promptu est uelut a natura preparatū: sicut in quadrupedibus accidit: sed oz ꝙ cibū alienum pullis querat ⁊ ꝓter hoc in cibādo eos foueat: non sufficeret ad hoc sola femella: vnde ex diuina prouidentia est nāliter inditum mari in talibus aialibus: vt commaneat femelle ad educationem fetus: manifestuz est āt ꝙ in spē hūana femina minime sufficeret sola ad prolis educationez: cum necessitas humane uite multa requirat que per vnum solum parari non pñt: est igitur conueniens sm nām humanam ut homo post coitum mulieri commaneat: ⁊ non statim abscedat idifferenter ad quācunq; accedens: sicut apud fornicātes accidit. Non āt huic rōni obstat ꝙ aliqua mulier suis diuitijs potens est: vt sola nutriat fetum: qz rectitudo naturalis in humanis actibus non ē sm ea que per accidens contingunt in uno indiuiduo: sed sm ea que totam spēm consequuntur. Rursus considerandum est ꝙ in specie humana proles non indiget solū nutritione q̄tum ad corpus ut in alijs aialibus sed ēt instructione q̄tum ad aiam: nam alia aialia hz naturaliter suas prudentias: quibus sibi prouidere pñt: hō aūtē rōne

viuit: quē per longi tp̄is experimentū ad p̄uden
tiā peruenire oz: vñ nec̄e est ut filij a parētibus q̄
iam expertis instruāt̄ur: nec h̄modi instructiōis
sunt capaces mox geniti sed post longū tp̄s ꝛ pre
cipue cum ad annos discretionis perueniunt. Ad
hanc ēt instructionem longum tp̄s requirit: ꝛ tūc
ēt ꝓpter ipetus passionum quib̄ corr̄ūpit estima
tio prudentie indigēt non solū istructione sed eti
am repressiōe: ad hoc āt mulier sola non sufficit:
sed magis in hoc requiritur opus maris in quo ē
ꝛ rō perfectior ad instruendū ꝛ uirtus potentior
ad castigandum: oz igitur in sp̄e hūana nō p par
uum tp̄s insistere p̄motioni p̄olis sicut i auib̄
sed per magnū spacium uite. vnde cū nec̄ium sit
marem femine cōmanere in oīb̄ aialibus quo
usq; opus patris nec̄ium est ꝓli: nāle est hōi q̄ nō
ad modicum tp̄s sed diuturnaz societatē habeat
vir ad determinatam mulierē: hanc āt societatez
matrimoniū vocamus: est igitur matrimonium
hōi nāle ꝛ fornicarius coitus qui est preter matri
moniū est cōtra hois bonum: ꝛ ꝓpter hoc opor
tet ipsum esse peccatum. Nec tñ oportet reputari
leue pec̄m esse: si quis seminis emissionem ꝓcuret
preter debitum generationis ꝛ educationis finē:
ꝓpter hoc q̄ aut leue aut nullus pec̄m est: si quis
aliqua sui corp̄is parte utatur ad aliuz usū q̄ ad
eum ad quem est ordinata fm nām: ut si quis uer
bi gr̄a manibus ambulet: aut pedibus operet ali
quid manibus operandum q; per h̄modi inordina
tos usus bonum hois non multū impeditur. In
ordinata vero semis emissio repugnat bono nāe:
qō est conseruatio sp̄ei. vñ post pec̄m homicidiū
quo nā humana iam in actu existens destruitur:
h̄modi genus peccati vī fm locum tenere quo i
peditur generatio humane nature. Hec aūt q̄
p̄missa sunt diuina auctoritate firmantur. Or
n. emissio seminis ex qua p̄oles sequi non p̄t: sit
illicita: pz: dī. n. Leuit. xviij. Cum masculo nō cō
miscearis coitu femineo: ꝛ cum oī pecore non coi
bis: ꝛ. i. Cor. vi. Neq; molles neq; masculorū con
cubitores regnum dei possidebunt. Or ēt fornica
tio ꝛ ois coitus preter ꝓpriam uxorem sit illicit⁹
pz. Dī. n. Deutro. xxiij. Non erit meretrix de filia
bus isrl: neq; scortator de filijs isrl: ꝛ Tobie. iiij.
Attende tibi a fornicatione: ꝛ preter uxorem tuā
non patiaris tē. ꝛ. i. Cor. vi. Fugite fornicationem
tē. Per hoc āt excluditur error dicentium in
emissione seminis non esse maius peccatum q̄ in
aliarum superfluitatum emissione: ꝛ dicentiū for
nicationem non esse peccatum.

Qr mīmoniuz debeat eē idiuisibile. CXXXIII.

Si quis aūt recte
consideret: predicta rō non soluz ad
hoc perducere vī ut societas maris ꝛ femine quā
mīmonium appellamus sit diuturna sed ēt q̄ sit
per totam uitam. Possessiones. n. ad cōseruatio
nem naturalis uite ordinātur: ꝛ qr nālis uita que
conseruari non p̄t in patre perpetuo quasi qua
dam successione fm sp̄ei similitudinem conseruatur
in filio fm nām: est conueniens ut in his que sūt
patris succedat et filius: naturale est igitur ut soli
citudo patris ad filium maneat usq; ad finem ui
te sue: si igitur solicitudo patris ō filio cāt ēt i aui
bus cōmanentiam maris ꝛ femine: ordo nālis re
quirit q̄ usq; ad finem uite in hūana sp̄e mater ꝛ
pater sīl cōmaneāt. Videtur ēt equitati repugna
re: si predicta societas dissoluatur. Femina. n. idi
get mare non solum ꝓpter generationem sicut in
alijs aialibus sed ēt ꝓpter gubernationem: quia
mas est ꝛ rōne perfectior ꝛ uirtute fortior: mulier
vero ad viri societatem assumitur ꝓpter neces
tatem generationis: cessante igitur fecūditate mu
lieris ꝛ decore impeditur: ne ab alio assumatur: si
quis igitur mulierem assumens tp̄e iuuentutis: q̄
ꝛ decor ꝛ fecunditas ei adsunt eam dimittere pos
set postq̄ etate ꝓuecta fuerit: dannum iferret mu
lieri contra naturalem equitatem. Item mani
feste apparet incōueniens: si mulier uirum dimit
tere posset: cum mulier naturaliter uiro subiecta
sit tanq̄ gubernatori: non est āt in potestate eius
qui alteri subīcitur: vt ab eius regimine discedat
contra naturalem igitur ordinem esset: si mulier
virum deserere posset: si ergo uir deserere posset
mulierem non esset equa societas uiri ad mulierē
sed seruitus quedaz ex parte mulieris. Pre. na
turalis quedaz solicitudo ineſt hoibus de certitu
dine p̄olis qō ꝓpter hoc nec̄ium est: quia filius
diuturna patris gubernatione indiget: quecunq;
igitur certitudinem p̄olis impediūt sunt ꝓtra na
turalem instinctum humane specici: si āt uir pos
set mulierez dimittere uel mulier uirū ꝛ alteri co
pulari ipediretur certitudo p̄olis: dum mulier a
primo cognita postmodum a secūdo cognoscere
tur: est igitur contra naturalem instinctuz speciei
humane q̄ mulier a uiro separetur: sic igitur nō
solum diuturnam sed indiuiduam oz esse in hūa
na specie maris ꝛ femine coniunctionē. Amp.
amicitia quanto maior est tanto debet esse firmi
or ꝛ diuturnior: inter uirum āt ꝛ uxorem maxia
amicitia esse uidetur: adunantur. n. non solū i ac
tu carnalis copule que ēt inter bestias quandā su
auem amicitiam facit: sed ad totius domestice cō
uersationis consortium: vnde in signum hui⁹ ho
mo propter uxorem et patrem ꝛ matrē dimittit:
vt dicitur Genesi. ij. inconueniens est igitur q̄ ma
trimonium sit omnino dissolubile. Ulterius
autem considerandum est q̄ inter naturales act⁹
sola generatio ad bonum commune ordinatur:

nam comestio ⁊ aliarum superfluitatum emissio ad idiuiduum pertinent: generatio uero ad cōser uationem speciei. vñ cum lex īstituatur ad bonuz cōe: ea que pertinent ad generationez prolis oz le gibus ordinari ⁊ diuinis ⁊ humanis: leges autem posite oportet q̄ ex naturali īstinctu p̄cedāt si hu mane sunt: sicut ⁊ in scientijs demonstratiuis om nis humana inuentio ex principijs nāliter cogni tis initium sumit: si āt diuine sunt: nō solum īstic tum nāe explicant: sed ēt defectus nālis instinctuſ supplent: sicut ea que diuinitus reuelantur: supe rant nālis rōnis capacitatem. Cuz igitur īstinctꝰ nālis sit in spe humana ad hoc q̄ coniunctio ma ris ⁊ femine sit idiuidua: ⁊ q̄ sit una unius: opor tuit hoc lege hūana ordinatum esse: lex āt diuinq̄ supernālem quandam rōnem apponit ex signifi catione īseparabilis cōiunctionis xp̄i ⁊ ecclesie: fi est una unius. Sic igitur ordinationes circa actū generationis non solū īstinctui naturali repugnāt sed ēt leges diuinas ⁊ humanas transgrediuntur: vnde ex hoc ēt magis circa hoc peccatur ex inor dinatione q̄ circa sūptionem cibi aut alteriuſ hu iusmodi. Quia uero necesse ē ad id quod est op timum i hoie alia oia ordinari coniunctio maris ⁊ femine non solū sic est ordinata legibus ꝑz q̄ ad prolem generandā pertinet: vt est i alijs aialibus: sed ēt ꝑz q̄ conuenit ad bonos mores: quos ratio recta disponit uel q̄tum ad hoiem ꝑm se: vel scōz q̄ hō ē pars domestice familie aut ciuilis societa tis: ad quos quidem bonos mores pertinet idiui dua coniūctio maris ⁊ femie: sic.n. fidelioz amor vnius ad alterum erit: dū cognoscunt se idiuisibi liter cōiunctos. Erit ēt utriusq̄ solicitioz cura in rebus domesticis dū se perpetuo cōmensuros i ea rūdem rerum possessione estimant. Subtrahun tur ēt ex hoc discordiarum origines: quas oporte ret accidere: si uir uxorem dimitteret iter euz ⁊ p piquos uxoris: ⁊ firmioz iter affines dilectio. Tol luntur ēt adulteriorum occasiones que darentur si uir uxorem dimittere posset aut ecōuerso: per hoc.n. daretur uia facilioz solicitandi matrimōia aliena. Hinc ē qō dī Mat. xix. ⁊ i. Cor. vij. Ego āt dico uobis uxorē a uiro nō discedere. Per hoc āt excluditur consuetudo dimittentium uxores: quod tñ i ueteri lege permissū fuit iudeis propter eoz duritiā: qz. s. proni erant ad occisionem uxo rum: permissum ergo fuit minus malum ad exclu dendum maius malum.

Q̄ matrimonium debeat esse unius ad vnam. CXXIIII.

Onsideranduz āt videtur q̄ innatum est mentib⁹ om nium aialium que coitu vruntur q̄ consortium in cōpari non compatiuntur vnde p̄ pter coitum pugne in animalibus existunt: ⁊ qui dem q̄tum ad oia animalia ē vna cōmunis ratio quia quodlibet animal desiderat libere frui volu ptate coitus sicut ⁊ voluptate cibi: que q̄dē liber tas impeditur per hoc q̄ ad vnaz plures accedāt aut econuerso: sicut in libertate cibo fruendi im peditur aliq̄ animal si cibuz quem ipsum sumē cupit aliud animal vsurpet: ⁊ ideo similiꝫ ꝓpter cibum ⁊ propter coitū animalia pugnant. In ho minibus autem est ratio ꝑcālis: quia vt dictuz est homo naturaliter desiderat certuſ esse de prole: que quidez certitudo oio tolleretur si plures essēt vnius: ex naturali igitur instinctu procedit q̄ sit v na vnius. Sed in hoc differentia consideranda est: q̄tum enim ad hoc q̄ vna femina a pluribus maribus non cognoscatur: vtraq̄ p̄dictarum ra tionum concurrit: sed q̄tum ad hoc q̄ vnus maſ plures feminas non cognoscat: non facit ratio se cunda: non enim certitudo prolis ipedit si vnus mas plures feminas cognoscat: facit aūt contra hoc ratio prima: nam sicut libertas vtendi femia tollitur a mare si femina habeat aliuz: ita ⁊ eadē libertas a femina tollitur si mas habeat plures: ⁊ ideo quia certitudo prolis est principale bonuz q̄ ex matrimonio queritur: nulla lex aut consuetu do humana permisit q̄ vna esset plurium vxor: Fuit etiam hoc incōueniens reputatum apud an tiquos romanos de quibus refert Ualerius maxi mus q̄ credebant nec propter sterilitatem fidem coniugalem debere dissolui. Item in oi animal' specie in quo patri inest aliqua solicitudo de pro le: vnus mas nō habet nisi vnam feminam: sicut patet in omnibus auibus que simul nutriunt pul los. non enim sufficeret vnus mas auxiliuz prestare in educatione prolis pluribus feminis. In ani malibus autem in quibus maribus nulla est solici tudo de prole indifferenter mas habet plures fe minas ⁊ femina habet plures mares sicut in cani bus gallinis ⁊ hꝰ: cum autē masculo inter omnia animalia sit magis cura de prole in specie hūana: manifestū ē q̄ nāle est hōi q̄ vnꝰ maſ vnā feminā hēat ⁊ ecōuerso. Adhuc. amicitia i q̄dā eq̄litate ꝑsi stit: si igitur mulieri non licet habere plures viroſ quia hoc est contra certitudinem prolis liceret au tem viro habere plures vxores: non esset libera lis amicitia vxoris ad virum: sed quasi seruilis: ⁊ hec ēt rō experimento comprobatur: qz apud viros habentes plures uxores: vxores quasi ancil le hñtur. Pre. amicitia intensa non hētur ad multos: vt ꝑz per phm in. viij. ethicoruz: si igitur vxor hz unum uirum tm̄: vir āt hz plures uxores non erit equalis amicitia ex utraq̄ parte: nō igit erit amicitia liberalis ſz quodammodo seruilis.

Amp̄. sicut dictum est matrimonium i hoibꝰ

oz ordinari fm q competit ad bonas uxores: est ãt contra bonas uxores q vnus hẽat plures uxores: qz exhoc sequitur discordia i domestica familia ut experimento pz: non est igitur conueniens: q vnus homo habeat plures uxores. Hinc est qõ dr Gen. ij. Erunt duo i carne una. Per hoc ãt excluditur consuetudo hñtiuz plures uxores 7 opinio Platonis qui posuit uxores debere esse communes: quẽ i noua lege secutus ẽ Nicolaus unus ex septem diaconibus.

Q matrimonium non debeat fieri inter propinquos: CXXV.

Propter huiusmõdi ẽt cãs rõnabiles ordinatum est legibus q certe personẽ a mãimonio excludantur que fz originem sunt coniuncte. Nã cuz i mãimonio sit diuersarũ personarũ coniunctio: ille persone que debent se reputare quasi unum propter eandem originẽ conueniẽter a mãimonio excluduntur: vt dum se per hoc unum esse recognoscunt: feruentius se diligant. Item cum ea que iter uirũ et uxorẽ aguntur: quandam naturalẽ verecundiã habent ab his mutuo agendis illas personas prohiberi oportuit: quibus propter cõiunctionẽ sanguinis reuerentia debetur: que qui dẽ rõ uidetur i ueteri lege iducta: propter hoc q dr. Turpitudinẽ sororis tue non discooperias: et silr de alijs. Pre. ad corruptionẽ bonoruz morum pertinet q homines sint nimis dediti uoluptatibus coitus: qz cũ hec voluptas maxime mentẽ absorbeat ipediretur rõ ab his que recte agẽda essent: sequeretur ãt nimius voluptatis usus: si liceret homini per coitũ coniungi illis personis quibus commorandi hz necessitatẽ sicut sororibus 7 aliqs propinquis: quia talib' occasio coitus subtrahi non posset: conueniens igitur fuit bonis moribus ut talis coniunctio legibus ihiberetur. Adhuc delectatio coitus maxime corrũpit estimationẽ prudentie: multiplicatio igitur talis delectationis repugnat bonis moribus: talis aũt delectatio augetur per amorẽ personarũ que coniungũtur. esset igitur contrariuz bonis moribus propinquis coniungi: quia in eis coniungeretur amor qui est ex cõione originis et connutritione amore concupiscentie: 7 multiplicato amore necesse est magis aiam delectationibus subdi. Amp. i societate humana hoc est maxime necessarium ut sit amicitia inter multos: multiplicatur autem amicitia inter homines: dum persone extrane per matrimonia colligantur conueniens fuit igitur legibus ordiari q matrimonia contraherentur cuz extraneis personis 7 non cũ propinquis. Adhuc. inconueniens est ut illis personis aliquis socialiter coniungatur: quibus naturaliter debet eẽ subiectus: naturale autẽ est q aliquis parẽtibus sit subiectus: ergo iconueniens esset q cum parentibus aliquis matrimonium contraheret: cum i matrimonio sit quedam coniunctio socialis. Hinc est quod dr Leuitl. xviij. Omnis homo ad proximã sanguinis sui non accedat. Per hoc autez excluditur consuetudo eorum: qui propinquis suis se carnaliter cõmiscent. Sciendum est autem q sicut naturalis inclinatio est ad ea que sunt: ut in pluribus: ita et lex posita est secundum id quod i pluribus accidit. Non est autez predictis rationibus contrarium: nisi i aliquo aliter possit accidere: non enim propter bonum vnius debet pretermitti bonum multorũ: cum bonuz multitudinis semper sit diuinius q bonum uniu. Nec tamen defectus qui in aliquo possit accidere oino absq; medela remaneat: residet apud legislatores 7 eis similes auctoritas dispensandi i eo quod cõmuniter est statutum: fz q est necessariuz i aliquo casu particulari: 7 si quidez lex sit humana per homines similem potestatem habentes dispensari potest: si autẽ lex sit diuinitus posita auctoritate diuina dispensatio fieri potest: sicut i veteri lege ex dispensatione idultum uidetur uxores plures habere et concubinas 7 uxoris repudiũ.

Q non omnis carnalis commixtio est peccatum. CXXVI.

Sicut autem contra rationem est vt aliquis carnali q iunctione vtatur contra id quod cõuenit proli generande 7 educande: ita etiam secũdum rationem est q aliquis carnali coniunctiõe vtatur secundum q cõgruit ad generationem et educationem prolis: lege autem diuina hec solum prohibita sunt que rationi aduersantur vt ex supra dictis pz: inconueniens est igitur dicere q oĩs carnalis cõiuntio sit peccatum. Adhuc: cum mẽbra corporis sint quedam aie instrã: cui' libet mẽbri finis est vsus eius sicut 7 cuiuslibet alteri' instrũi: quorundaz autem mẽbrorum corporis vsus ẽ carnalis commixtio: carnalis igitur cõmixtio ẽ finis quorundam mẽbrorum corporis: id aũt quod est finis aliquarum nãlium rerum nõ põt esse fz se malũ: quia ea que naturaliter sunt ex diuina p uidentia ordinantur ad finez: vt ex supra dictis patet: ipossibile est igitur q carnalis cõmixtio sit secundũ se mala. Amp. naturales icliationes insunt rebus a deo qui cuncta mouet: ipossibile est igitur q naturalis iclinatio alicuius speciei sit ad id quod est secundũ se malũ: sed oĩbus animalibus perfectis inest naturalis inclinatio ad coniunctionem carnalem: impossibile est igitur: q carnalis

cōmixtio sit ꝼz se mala. Itē illud sine quo non po
test esse aliquid quod est bonū et optimū non est
ꝼm se malū: sed perpetuitas speciei non conserua
tur i aialibus nisi per generationē: que est ex com
mixtione carnali: ipossibile est igitur ꝙ cōmixtio
carnalis sit ꝼm se mala. Hinc est quod dī. i. Lor.
vij. Mulier non peccat si nubat Per hoc aūt ex
cluditur error quorūdam dicentiū oēz carnalem
coniunctionē esse illicitā. vnde totaliter mīimoni
um et nuptias dānant: quorū quidez hoc ideo di
cunt: qz credunt tēporalia non a bono sed a malo
pricipio esse.

Qz nullus cibi usus est pcēz ꝼz se. CXXVII

Sicut autem uene
reorum usus absq; peccato ē si scōm
se rōnez fiat: ita ēt et usus ciborum: sit
aūt vnūquodq; ꝼz rōnez qñ ordinatur ꝼz ꝙ cōgru
it debito fini: finis aūt debitus sūptionis ciborum
est conseruatio corporis per nutrimentū: quicun
q; igitur cibus hoc facere potest: absq; pecccato
potest sumi: nullius igitur cibi sūptio ꝼz se est pec
catū. Adhuc nullius rei usus ꝼm se malus est:
nii sres ipsa ꝼz se mala sit: nullus autē cibus scōm
naturā malus est: qz ois res ꝼz suaz naturā bona
est: vt supra ostensū est: potest autē aliquis cibus
esse alicui malus i quantū contrariatur salubrita
ti ipsius ꝼz corpus: nullius igitur cibi sūptio ꝼz ꝙ
est talis res est pcēm ꝼz se: sed pōt esse pcēm: si pre
ter rationē aliquis ipso utatur ꝼm suā salutē. Aug.
sup. vti rebus ad hoc ꝙ sunt non est ꝼz se malū
sunt autē plante propter aialia: aialium vero que
dam propter alia et omnia propter hoiem: sicut
ex superioribus patet: vti igitur uel plātis vel ani
malium carnib⁹ uel ad esuz ul ad quicquid aliud
sunt hōi vtilia: non est scōm se peccatū. Itē de
fectus peccati ab aia deriuatur ad corpus et non
econuerso: peccatū. n. dicimus ꝼm ꝙ deordinatur
voluntas: cibi aūt imediate ad corpus pertinēt nō
ad aiam: non igitur ciborū sumptio ꝼm se potest
esse peccatum: nisi quatenus repugnat rectitudi
ni uoluntatis. Quod quidem contingit vno mo
do propter repugnantiam ad propriū finem ci
borum: sicut cū aliquis propter delectationē que
est in cibis utitur cibis contrariantibus corporis
saluti uel scōm speciem ciboz uel scōm quantita
tez. Alio modo ꝼm ꝙ repugnat conditio eius qui
utitur cibis uel eorum cū quibus conuersatur: pu
ta cū quis accuratius cibis utitur q̄ sua facultas
sustineat: et aliter q̄ eorum mores habeant cū qui
bus conuiuit. Tertio modo ꝼz ꝙ cibi sunt aliqua
lege prohibiti propter aliquam cām specialē: pu
ta in ueteri lege quidam cibi prohibebantur pro
pter significationem: in egypto prohibebatur an
tiquitus comestio carnis bouine: ne agricultu
ra ipediretur: uel etiam scōm ꝙ alique regule pro
hibent aliquibus cibis uti ad concupiscentiam re
frenandā. Hic est ꝙ dñs dicit Mat. xv. Quod in
trat i os: non coīquinat hoiez: et. i. Lor. x. dicitur.
Omne quod i macellum venit manducate nihil
iterrogantes propter conscientiā: et. i. Thimo. iiij.
dicitur. Ois creatura dei bona est: et nihil reīciē
dum quod cū gratiarum actione percipitur. Per
hoc aūt excluditur quorūdam error qui vsuz quo
rūdam ciborū scōz se dicunt esse illicitum: de qui
bus apostolus dicit ibidez. In nouissimis tempo
ribus discedent quidem a fide: prohibentium nu
bere: abstinere a cibis quos deus creauit ad perci
piendum cū gratiarum actione. Quia vero vsus
ciborum et uenereorum non est scōz se illicitus: ꝼz
solum scōz ꝙ exit ab ordine rōnis illicitus esse po
test: ea uero que exterius possidentur: necessaria
sunt ad sūptionem ciborum ad educationem pro
lis et sustentationē familie et ad alias corporis ne
cessitates: consequens est ꝙ nec scōm se ēt diuitia
rū possessio est illicita: si ordo rōnis seruetur: ita
s. ꝙ iuste homo possideat que hz et ꝙ i eis finē uo
luntatis sue non constituat: et ꝙ eis debito modo
utatur ad suam et aliorū utilitatem. Hinc ꝙ apo
stolus s. i. Thimo. vlti. diuites non condemnat: sed
eis certam regulam diuitijs utendi tradidit dicēs.
Diuitibus hⁱ seculi precipe non sublime sapere:
neq; sperare in icerto diuitiarum: sed in deo uiuo
qui prestat nobis oia abunde ad fruendum: bene
agere: diuites fieri i bonis operibus: facile tribue
re: cōicare: et Eccl. xxxi. Beatus diues qui iuentus
est sine macula: et qui post aurū non abijt nec spe
rauit i pecunie thesauris. Per hoc ēt excluditur
quorūdam error qui ut Aug. dicit i lib. de hereti
bus aplicos se arrogantissime uocauerunt: eo ꝙ i
suam cōionem non acciperent utentes coniugib⁹
et res propias possidentes quales habet catholi
ca ecclesia et monachos et clericos plurimos: sed
iō isti heretici sūt: qm̄ se ab ecclesia separātes nul
lam spem putant eos habere qui vtūtur his reb⁹
quibus ipsi carent.

Quomodo secundum legez dei homo ordinatur ad proximū. CXXVIII.

Ex his ergo que
dicta sunt manifestum est ꝙ scōm le
gem diuinam homo iducitur: ut or
dinez rationis seruet in omnibus que in eius vsū
venire possunt: inter omnia autem que in usum
hominis ueniunt precipua sunt etiam alij hoies:
homo autez naturaliter animal sociale est: idiget

enim multis que per unum solū parari non pñt: oz igitur q̄ ex lege diuina instituatur homo ut se cundū ordinem rōnis se hēat ad alios homines.

Adhuc finis diuine legis est ut homo deo adhereat: iuuatur āt unus hō in hoc ex alio tam q̄ tum ad cognitionem q̄ ēt quantū ad affectionē: iuuant.n. se homines mutuo in cognitione ueritatis ⁊ unus alium prouocat ad bonū: ⁊ retrahit a malo. vnde prouer. xxvij. dī. Ferrum ferro acuitur: ⁊ homo exacuit faciez amici sui. ⁊ Eccēs. iij. Melius est duos esse q̄ unum: hñt.n. emolumentum societatis sue: si un⁹ ceciderit: ab altero fulcietur: ve soli: q⁊ cū ceciderit non h3 subleuātē se: ⁊ si dormierint duo: fouebuntur mutuo: unus q̄o calefiet: ⁊ si quispiam preualuerit contra vnū: duo resistūt ei: oportuit igitur lege diuina ordinari societatem hoium ad inuicē. Amp̄. lex diuina est q̄dam rō diuine prouidētie ad homines gubernādos: ad dinam āt prouidentiam pertinet singula: que ei subsunt sub debito ordine continere: ut. s. suum locum ⁊ gradum teneat unūquodq⁹: lex igitur diuina sic homines ad inuicem ordinat: ⁊ unusquisq⁹ suum ordinē teneat: qd̄ est homines pacē hēre ad inuicem: pax.n. hoium nihil aliud est q̄ ordinata cordia: vt Augu. dicit. Item quātūcunq⁹ aliq ordinantur sub aliquo: oz illa concorditer esse ordinata ad inuicē: alias se inuicem impedirent i consecutione finis cōis: sicut pz i exercitu qui concorditer ordinatur ad victoriā: que ē finis ducis: vnusquisq⁹ āt hō per legem diuinam ordinatur ad deum: oportuit igitur per legem diuinam iter homines ne se inuicem impedirent ordinatam concordiā esse: qd̄ ē pax. Hinc ē qd̄ i ps dī. Qui posuit fines tuos pacem: ⁊ dñs dicit Jo. xvi. Hec locutus sum uobis: vt i me pacem hēatis. Tunc āt ordinata cordia iter homines seruatur qñ unicuiq⁹ qd̄ suum ē redditur: qd̄ ē iusticie. Et ideo dicitur Isa. xxxij. Opus iusticie pax: oportuit igitur per legem diuinā iusticie precepta dari: vt unusquisq⁹ alteri redderet qd̄ suum est: ⁊ abstineret a nocumentis ei inferendis: iter homines āt maxime est aliquis parentibus debitor: ⁊ iō inter p̄cepta legis que nos ad ꝓximum ordinant Exo. xx. ponitur. Honora patrem tuum ⁊ matrē tuam: in quo itelligitur precipi ut tā parētibus q̄ ēt alīs unusquisq⁹ reddat quod dz: cōm illud Ro. xiij. Reddite oībus debita. Deinde ponūtur precepta quibus precipitur abstinēdum esse a nocumentis proximo iferendis: vt ne q⁹ factis eum offendamus in persona propria: qdām est. Non occides: neq⁹ in persona coniuncta q⁊ scriptum est. Non mechaberis: neq⁹ ēt in exterioribus rebus: q⁊ scriptum est. Non furtum facies. Prohibemur ēt ne contra iusticiam proximū verbo offendamus: quia scriptum est. Nō loquaris contra proximum tuū falsum testimoniū. Et q⁊ deus ēt cordiū iudex est: prohibemur ne corde proximū offendamus concupiscēdo. s. uxorē aut aliquā rem eius. Ad huiusmodi āt iusticiam obseruandam que lege diuina statuitur: duplicit homo inclinatur: uno modo ab iteriori: alio modo ab exteriori. Ab iteriori quidez dū homo uoluntarius est ad obseruanduz ea que precipit lex diuina: qd̄ quidem fit per amorem hois ad deum ⁊ proximū: qui.n. diligit aliquem sponte ⁊ delectabiliter ei reddit qd̄ dz ⁊ ēt liberaliter supaddit: vnde tota legis iplētio ex dilectione dependet sm illud apli Ro. xiij. Plenitudo legis est perfectio. Et dñs dicit Mat. xxij. q⁹ i duobus preceptis. s. in dilectione dei et proximi uniuersa lex pendet. Hz q⁊ aliqui interius non sunt sic dispositi: vt ex se ipsis sponte faciant: qd̄ lex iubet: ab exteriori trahēdi sunt ad iusticiam legis iplendam: qd̄ quidez fit dum timore penarū non liberaliter sed seruiliter legem implent. vnde dicitur Isa. xxvi. Cū feceris iudicia tua in terra. s. puniendo malos iusticiam discent omnes habitatores orbis. Aliq uero sic sūt dispositi ut ex se ipsis sponte faciāt: qd̄ lex iubet. Secundi igitur sibi ipsi sunt lex hñtes charitatez que eos loco legis inclinat ⁊ liberaliter operari facit: lex igitur exterior non fuit necessarium q⁹ pp ter eos poneretur: sed propter illos qui ex se ipsis non inclinātur ad bonū. vnde dicitur. i. Thimo. primo. Justo lex non est posita sed iniustis. Qd̄ non est sic intelligendum: quasi iusti non teneant ad legem iplendam: ut quidam male itellexerūt: sed quia isti inclinantur ex se ipsis ad iusticiaz faciendam ēt sine lege.

Q⁊ in actibus humanis sunt aliqua recta secundū naturam ⁊ non soluz quasi lege posita. CXXIX.

EX premissis autē apparet q⁹ ea que diuia lege precipiuntur rectitudinem habent non solum quia sunt lege posita: sed etiam secunduz naturam. Ex preceptis enim legis diuine mens hois ordinatur sub deo: ⁊ omnia alia que sunt in homine sub ratione: hoc autem naturalis ordo requirit q⁹ inferiora superioribus subdantur: sunt igit ea que lege diuina precipiuntur secundum se naturaliter recta. Ulpre. homines ex diuina prouidentia sortiuntur naturale iudicatorium rationis ut principium propriarum operationum: naturalia autem principia ad ea ordinantur que sunt naturaliter: sunt igitur alique operationes naturaliter homini conuenientes que sunt secundum se recte: ⁊ non solum quasi lege posite. Prete. quorūcunq⁹ est natura determinata oz eē opationes

determinatas que illi nature conueniant: propria enim operatio uniuscuiusq; naturam ipsius sequitur: constat autem hominū naturam esse determinatam: oz igitur operationes esse aliquas secundū se homini conuenientes. ¶ Adhuc cuicunq; est aliquid naturale: oz etiam esse naturale id sine q̄ illud haberi non potest: natura.n. non defficit in necessarijs: est autez homini naturale q̄ sit animal sociale: quod ex hoc ostenditur q̄ unus homo sol' non sufficit ad omnia que sunt humane uite necessaria: ea igitur sine quibus societas humana ꝓ seruari non pōt: sunt homini naturaliter cōuenientia: huiusmodi autem sunt: unicuiq; quod suū est conseruare: ⁊ ab iniurijs abstinere: sunt igitur aliqua in humanis actibus naturaliter recta. ¶ Amp̄. supra ostensuz est q̄ omnis homo naturaliter hoc habet q̄ utatur rebus inferioribꝰ ad sue vite necessitatem: est autem aliqua mēsura determinata ſm quam usus predictarum rerum hūane uite est conueniens: que quidem mensura si p̄termittatur fit homini nociuum: sicut apparet i sumptione inordinata ciborum: sunt igitur aliq̄ actus homini naturaliter conuenientes. ¶ Item ſm naturalem ordinem corpus hominis est propter animam: ⁊ inferiores uirtutes anime propter rationem: sicut ⁊ i alijs rebus materia est propter formam: ⁊ instrumenta propter principalem agētem: ex eo āt q̄ est ad aliud ordinatum dicitur ei auxilium prouenire non autem aliquod impedimentum: est igitur naturaliter rectuz q̄ sic procuretur ab homine corpus et inferiores uires anime ex hoc ⁊ actus rationis ⁊ bonum ipsius minime impediatur q̄ magis autem iuuetur: si autem secus accideret erit naturaliter peccatum: violentie igitur ⁊ comessationes ⁊ inordinatus uenereoꝝ usus per que actus rationis impedit ⁊ subdi passionibus que liberum iudicium rationis esse non sinunt: sunt naturaliter mala. ¶ Pre. unicuiq; naturaliter conueniunt ea quibus tendit in suum finem naturalem: que autem econtrario se habēt sunt ei naturaliter inconuenientia: ostensum ē. n. supra: q̄ homo naturaliter ordinatur in deum sicut in finem: ea igitur quibus homo inducitur in cognitionem ⁊ amorem dei sunt naturaliter recta: quecunq; uero econtrario se habent: sunt naturaliter homini mala: patet igitur q̄ bonū ⁊ malum in humanis actibus non soluz sunt secundū legis positionem sed secundum naturalē ordinē. Hinc est quod in p̄a dicitur q̄ iudicia domini sūt vera iustificata in semetipsis. Per hoc autem excluditur positio dicentium q̄ iusta ⁊ recta sunt secundū legez posita.

¶ De cōsilijs que dantur i lege diuina. CXXX.

QUia uero optimum hominis est ut mēte deo adhereat ⁊ rebus diuinis: impossibile autem est q̄ homo intēse circa diuersa occupetur: ad hoc q̄ liberius feratur in deum mens hominis: dantur in diuina lege consilia: quibus homines ab occupationibus presentis uite quantū possibile est retrahantur terrenam uitam agētes: hoc autem non est ita necessarium homini ad iusticiam: vt sine eo iusticia esse non possit: non eīm virtus ⁊ iusticia tollitur: si homo secundum ordinem rationis corporalibus ⁊ terrenis rebus utat: ⁊ ideo huiusmodi diuine legis ammonitiones dicuntur consilia ⁊ non precepta in quantuz suadetur homini: vt propter meliora minus bona pretermittat. Occupatur autez humana solicitudo secundum communem modum humane uite erga tria. primo quidem circa propriam personam quid agat: aut ubi conuersetur. Secundo autem circa personas sibi coniunctas precipue uxorem ⁊ filios. Tertio circa res exteriores procurandas: quibus homo indiget ad sustentationez uite. ¶ Ad amputandam igitur solicitudinem circa res exteriores datur homini in lege diuina consilium paupertatis: vt scilicet res huius mundi abijciat: quibus animus eius solicitudie aliqua implicari posset. Hinc est quod dominus dicit Mat. xix. Si uis perfectus esse uade et vēde omnia que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ ueni sequere me. Ad amputandam aūt solicitudinem uxoris ⁊ filioruz datur homini consilium de uirginitate uel continentia. Hinc est quod dicitur: i. Cor. vij. De uirginibꝰ āt preceptum domini non habeo: consilium autē do. Et huiusmodi consilij rationem assignās subdit: Qui sine uxore est solicitus est que domini sit, quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore ē: solicitus est que sunt mundi quomō placeat uxori: ⁊ diuisus est. ¶ Ad amputandam autem solicitudinem hominis etiam circa se ipsum datur consilium obedientie per quam homo dispositionez suoꝝ actuum committit superiori: propter qō dicitur hebre. vltimo. Obedite prepositis uestris ⁊ subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri. Quia uero summa perfectio humane uite in hoc consistit: q̄ mens hominis deo uacet: ad hanc autem mentis vacationem predicta tria maxime uidētur disponere: et conuenienter ad perfectionis statum pertinere uidentur non quasi ipse sint perfectiones: sed quia sunt dispositiones quedam ad perfectionem que consistit in hoc q̄ deo uacetur: ⁊ hoc expresse ostendunt uerba domini paupertatem suadentis: cum dicit. Si uis perfectus esse uade ⁊ uē de omnia que habes et da pauperibus et sequere

me:quasi in sua sequela uitam perfectionis cõsti
tuens. Possunt ẽt dici perfectionis effect⁹ ⁊ signa:
cum.n.mẽs uehementer amore ⁊ desiderio alicu
ius rei afficitur consequens est ꝙ alia postponat:
ex hoc igitur ꝙ mens hominis amore ⁊ desiderio
feruenter i diuina fertur:in q̃ perfectionem cõsta
re manifestum est:consequitur ꝙ oia que ipsum
pñt retardare quo minus feratur i deuz abȷ̈ciat
non solũ rerum curam ⁊ uxoris ⁊ prolis affectuz:
sed ẽt sui ipsius:et hoc signãt uerba scripture : dz
n. Lanti. viij. Si dederit homo oẽm substãtiam
domus sue ad mercandam dilectionem quasi ni
hil computabit eaz:⁊ Mat. xiij. Simile ẽ regnũ
celorũ hõi negociatori querenti bonas margari
tas:inuenta ãt una pciosa margarita abȷ̈t ⁊ uen
didit oia que habuit ⁊ comparauit eam:⁊ Phil.
iij. Que mihi aliq̃ fuerunt lucra:arbitratus sũ
ut stercora ut xp̃m lucrisacerez. Quia igitur pre
dicta tria dispões ad perfectiones sũt ⁊ effectus
⁊ signa:conuenienter qui predicta tria deo nouẽt
in statu perfectionis esse dicuntur:pfectio autem
ad quam predicta disponunt:i uacatione mentis
circa deum consistit:vnde ⁊ predictoꝝ professo
res religiosi dicuntur quasi se deo ⁊ sua i modum
cuiusdam sacrificij dedicantes:⁊ quantũ ad res p
paupertatem:⁊ q̃tum ad corpus per cõtinentiã:
⁊ q̃tum ad uoluntatez per obedientiã:religio igi
tur in cultu diuino consistit:vt supra dictuz ẽ.

De errore impugnantium uoluntari am paupertatez. CXXXI.

QRincipium aūtē considerationis a secreto diuine ge nerationis sumentes: quid de ea se cunduz sacre scripture documenta teneri debeat premittamus: de hinc vero ea que contra verita tem fidei infidelitas adinuenit: argumenta po namus: quoꝝ solutione subiecta: huius con siderationis ꝓpositum consequemur. ¶ Tra dit igitur nobis sacra scriptura in diuinis pater nitatis ꝛ filiationis nomina. Jesum christum fili um dei contestans: quod in scriptura noui testi frequentissime inuenitur: dicitur enim Mathei. xj. Nemo nouit filium nisi pater neque patrem quis nouit nisi filius. Ad hoc Marcus suum euā gelium icepit dicens. Jnitium euangelij Jhu chri sti filij dei. Johanes etiam euangelista hoc frequē ter ostendit: dicitur enim Joh. iij. Pater diligit fi lium ꝛ omnia dedit in manu eius: ꝛ Joh. v. Sic pater suscitat mortuos ꝛ viuificat: sic et filius quos vult viuificat Paulus etiam apostolus hec verba frequenter interserit: dicit enim Romanos ꝓmo. Segregatum in euangelium dei quod aī ꝓmiserat per ꝓphetas suos in scripturis scis ō filio suo: ꝛ ad Hebreos ꝓmo Multiphariā mul tisq̄modis olim deus loquens patribus in ꝓphe tis: nouissime diebus istis locutus est nobis in fi lio. Hoc etiam traditur licet raꝛius in scriptura veteris testi dicitur enim ꝓv. xxx. Quod nomē est eius: ꝛ quod nomen filij eius sit nosti? Jn ꝑs etiam legitur: dominus dixit ad me: filius meus es tu: ꝛ iterum Ipse inuocauit me: pater meus es tu. Et q̄uis hec duo vltima verba aliqui vellent ad sensum alium retoꝛquere: vt quod dicitur: do minus dixit ad me filius meus es tu: ad ipsū Da uid referatur: qō v̄o dicitur: Ipse inuocauit me pater meus es tu. Salamōi attribuatur: tamē ea que coniunguntur vtriq⁹ hoc non oino ita esse o stendunt: neq⁹ enim Dauid potest competere qō additur: ego hodie genuite: ꝛ quod subditur. Da bo tibi gentes hereditatem tuam ꝛ possessionem tuam terminos terre: cum eius regnum non vsq⁹ ad terminos terre fuerit dilatatum vt historia li bri reguz declarat. Neq⁹ etiam Salomōi potest omnino competere quod dicitur: ipse inuocauit me pater meus es tu: cum subdatur. Ponaz in se culum seculi se.ci⁹. ꝛ thꝛo. eius si. di. ce. vnde dat i telligi q⁹ quia quedam ꝓmissis uerbis annexa Dauid uel Salomoni possint congruere: quedaz vero nequaq̄: q⁹ de Dauid ꝛ Salomone hec v̄ba dicantur fm morem scripture in alterius figuraz in quo vniuersa compleātur. Quia vero nomia patris ꝛ filij generatione aliqua cōsequūtur: ipsū etiā diuine generationis nomen scriptura non ta cuit: nam ꝛ in ps. ut dictū ē legitur: ego hodie ge nui te: ꝛ puer. viij. dicitur. Nonduz erant abyssi: ꝛ ego iam concepta eram: ante colles ego parturi ebar: uel secundum aliam litteram. Ante omnes colles generauit me dominus: dicit ēt Jsa. vltimo Nūquid ego qui alios parere facio: ipse nō pariā dicit dominus: si ego qui genātionē ceteris tribuo

sterilis ero ait dominꝰ deꝰ? Et licz dici possit hoc esse referēdū ad multiplicationē filiozꝫ isrl de captiuitate reuertētiū in terrā suā: quia ꝓmittit. Parturiuit ⁊ peperit syon filios suos: tamen hoc ꝓpposito nō obstitit: ad quodcūqꝫ n. rō aptet: ipsa tñ rō que ex dei ore iducit firma ⁊ stabilis manz: vt si ipse alīs generationē tribuat sterilis ñ sit. Nec esset cōueniens vt qui alios vere generare facit: ipse non vere sed per similitudinē generet cū oporteat nobilius esse aliq̄d i causa q̄ in causatis vt ostē sū ē. Jo. etiā ꝓmo dicit. Vidimꝰ gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre: ⁊ iterū. Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit: ⁊ Paulus: dicit Hebre. ꝓmo. Et cū iterū introducit primogenitū in horbē terre: dicit: ⁊ adorēt eū ōnes angeli dei.

Q. filius dei sit deus. III.

Onsideranduz tamen q̄ ꝑdictis nominibꝰ diuina scriptura vtit etiaz ad creationē rerum ostendēdam. dī. n. Job. xxxviij: Quis ē pluuie pr̄ vel quis genuit stillas rozis: de cuius vtero egressa ē glacies: ⁊ gelu de celo quis genuit. Ne igit nihil aliud ex paternitatis filiationis ⁊ generatiōis vocabulis intelligeret q̄ creationis efficatia: addidit scripture auctozitas vt eū quē filiuz ⁊ genitū noiabat etiā deū esse nō taceret vt sic ꝑdicta generatio aliquid amplius q̄ creatio intelligeret. dī. n. Joā. ꝓmo. In principio erat verbū ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus erat verbū. Et q̄ verbi nomine filius intelligat: ex cōsequētibus ostendit: nam subdit. Uerbum caro factū est: ⁊ habitabit in nobis: et vidimus gloriā eius gloriaz quasi vnigeniti a pr̄e: ⁊ Paulus dicit Titum. iij. Apparuit benignitas ⁊ hūanitas saluatozis nostri dei. Hoc etiam veteris testamēti scriptura nō tacuit Christū deuz nominans: dicitur eni in ps. Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui: dilexisti iusticiā ⁊ odi. iniqui. Et q̄ ad Christum dicat patet per id quod subdit: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pr̄e consortibus tuis: ⁊ Isa. ix. dicitur. Paruulus natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis: ⁊ factus ē principatus super humerū eius: ⁊ voca. no. eius admi. consi. deus for. pat fu. secu. prin. pacis. Sic igitur ex sacra scriptura docemur filium dei a deo genitum: deum esse: filium autem dei Jesum Christū Petrus confessus est: ei dicens. Tu es Christus filius dei viui: ipe igitur ⁊ vnigenitus est ⁊ deus est..

Q. Quid opinatus sit Fotinus de filio dei: ⁊ eius improbatio. IIII.

Quius autem doctrine vitatē quidam peruersi hoies suo sensu metiri ꝑsumētes de premissis vanas ⁊ varias opiones cōceperūt quozum q̄dam considerauerunt hanc esse scripture consuetudinem eos q̄ diuina gratia iustificant filios dei dici secūdum illud Jo. ꝓmo. Dedit eis potestatez filios dei fieri his qui credunt in noie eius: ⁊ Ro. viij. dicit. Ipse. n. spiritus testimonium reddit spiritui nostro q̄ sumus filij dei: ⁊ ꝓmo Jo. iij. Uidete qualem charitatē dedit nobis pater vt filij dei nominemur ⁊ simus: quos etiaz a deo genitos eē scriptura non tacet: dicitur. n. Jac. ꝓmo. Uoluntarie eni genuit nos verbo veritatis: ⁊ ꝓmo Jo. iij dicit. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit: quoniā semen ipsius in eo manet: ⁊ quod est mirabilius eisdem nomen diuinitatis ascribitur: dominus enim dixit ad Moisen Ego constitui te deum Pharaonis: ⁊ in ps. Ego dixi dij estis: et fi. ex. oēs: ⁊ sicut dominus dicit Joan. x. illos dixit deos: ad quos sermo dei factus est. Per hunc modum opinantes Jesum Christum purū hominez esse ⁊ ex Maria virgine initiū sūpsisse: ⁊ per beate vite meritū diuinitatis honorem pr̄e ceteris fuisse adeptum: estimauerūt eum similiter alīs hominibus per adoptionis spiritum dei filium et p gratiā ab eo genitū ⁊ per quādaz assimilationem ad deū in scripturis dici deū: non per nām sz per consortiū q̄dam dina bonitatis: sicut ⁊ de sanctis dicitur. ij. Pet. ꝓmo Ut efficiami diuine cōsortes nature fugientes eius que in mūdo est ꝛcupie corruptionem. Hanc aūt pōnem sacre scripture auctoritate confirmare nitebantur dicit enim dominus Mathꝫ. vlt. Data est mihi oīs ptās in celo ⁊ i terra: q̄ si añ tpa deus esset: ptātem ex tpe non accepisset. Item Ro. primo dicitur de filio q̄ factus est ei scilicet deo ex semie Dauid secundum carnē ⁊ q̄ predestinatus est filius dei in virtute: qō autē predestinatur ⁊ factū est: videtur nō esse eternuz. Idem aplꝰ dicit ad Phil. ij. Factus est obediēs vsque ad mortē: mortem autem crucis: ꝓpter qō ⁊ deꝰ exaltauit illū: ⁊ dedit illi nomē quod est super oē nomē: ex quo videtur ostendi q̄ ꝓpꝑ obdiētie ⁊ passionis meritū dino sit honore donatus ⁊ super oīa exaltat. Petrus etiā dicit Act. ij. certissime ergo sciat oīs domus isrl q̄a dñz eū ⁊ xp̄z deus fecit hunc Jhm quē vos crucifixistis: videt igitur ex tpe deꝰ eē factus nō añ tpa natꝰ. Adducūt etiā in fulcimētū sue opionis ea que in scripturis ō xp̄o ad defectū ptinē videt: sicut q̄ femineo portatur vio: ⁊ perfectū etatis accepit: esurie passus est: ⁊ lassitudie fatigatus: ⁊ morti subiectus: q̄ sp ꝓfecit: iuditq̄ se nescire diez confessus est: ⁊ mortis terroze

ꝓcussus ē ⁊ alia hᵐ̃oi q̃ deo ꝑ naturā exñti ꝓuẽ
nire nō posset: vñ ꝓcludūt q ꝑ meritū honorē di
nū adeptᵘ est ꝑ gr̃ā nō q eēt nãe dine. ¶ Hanc ãt
pōnē ꝑmo adiuenerūt q̃dã antiqui heretici Che
rintus ⁊ Ebion quã pᵐea Paulus samosetanus
ĩstaurauit ⁊ postea a Fotino ē ꝓfirmata vt q̃ hec
dogmatizant fotiniã nũcupent. Diligent autē ver
ba sacre scripture cõsiderãtibus apparet nõ hũc
sensũ in ea cõtineri quez p̃dicti hoies sua opione
cõceperũt: nã cũ Salomon dicat. Nõdũ erãt ab
yssi ⁊ ego iã cõcepta erã: satis oñdit hãc generatõ
nẽ añ oia corporalia extitisse: vnde relinquit q fili
us a deo genitus initiũ essẽdi a Maria nõ sũpsit.
Et licet hec ⁊ alia similia testimõia deprauari co
nati fuerint peruersa expõne dicentes hec ꝑm pre
destinationẽ debẽ intelligi: qz. s. ante mũdi cõstitu
tionẽ dispositũ fuit vt ex Maria vgine dei filius
nasceret nõ q dei filius fuerit ante mudũ: ꝑ ea tñ
q̃ sequũt ꝓz q nõ solũ in p̃destinatione sz etiã rea
liᵗ fuerit añ Mariã: nã post ꝑmissa vba salomõis
subiũgit. Qñ appẽdebat fũdamẽta terre cum eo
erã cũcta cõponẽs: si aũt i sola p̃destinatione fuis
set: nihil agere potuisset. Hoc etiã ex vbis Joãnis
euãgeliste habetur: nam cũ ꝑmisisset: in ꝓncipio
erat vbũ: q̃ noie filius dei intelligit vt oñsum ē: ne
quis hoc ꝑm predestinationẽ accipe posset subdi
dit. Oia ꝑ ipsũ facta sũt ⁊ sine ipso factũ ē nihil:
qõ verũ esse nõ posset nisi realiᵗ añ mũduz extitis
set. Itẽ de dei filio dicit Jo. iij. Nemo ascendit in
celũ nisi qui descẽdit de celo: filius hois qui ẽ in ce
lo: ⁊ itez Joã. vi. Descẽdi de celo non vt faciã vo
lũtatẽ meã sed volũtatẽ eius qui misit me: appa
ret g eũ fuisse añq̃ de celo descenderet. ¶ Prete
rea ꝑm predictã pōnem hõ ꝑ vite meritũ ꝓfecit i
deũ: apl̃us aũt ecõuerso oñdit q cũ deus eẽt factᵘ
ẽ hõ: dicit eni ad Phil. ij. Cũ in forma dei esset ñ
rapinã arbitratus ẽ esse se equalẽ deo sed semetip
sũ exinaniuit formã serui accipiẽs in similitudinẽ ho
minũ factus: ⁊ habitu inuẽtᵘ vt hõ: repugnat igit
p̃dicta positio apostolice ſnie: Ad hec iter ceteros
q̃ dei gratiã habuerũt Moises habuit eã copio
se: de q̃ dicit Exodi. xxxiij. q loquebat ei oñs fa
cie ad faciẽ: sicut loqui solet hõ ad amicuz suũ: si
igit Jesus Christus nõ diceret dei filius nisi ꝓpter
gratiã adoptiõis sicut alĩ sancti: eadẽ rõne Moi
ses filius dei diceret supra qua ⁊ Christus: licet ẽt
abũdantiori gr̃a Christus fuerit dotatus: nã ⁊ in
ter alios sanctos vnus alio maiori gratia repletur
⁊ tñ oẽs eadẽ ratione filĩ dei dicunt. Moises aũt
nõ eadẽ rõne dicit filius qua ⁊ Christus distiguit
eni apostolus Christũ a Moise sicut filiũ a seruo
Dicit. n. ad Hebre. iij. Moises quidẽ fidelis erat i
tota domo eius tanq̃ famulus in testimoniũ eoz
que dicẽda erãt: Christus aũt tanq̃ filius i domo
sua: manifestum est ergo q Christus non dicitur
dei filius per adoptionis gratiam sicut alĩ sancti
Similis etiaz rõ ex pluribus alĩs scripture locis
colligi potest q̃ quodã sigulari modo Christum ꝑ
alĩs dei filiũ noiat: qñq̃ quidẽ absq̃ alĩs singula
riter eũ filiũ nominans sicut vox patris intonuit
in baptismo. Hic est filius meus dilectus i q̃ mihi
cõplacui: qñq̃ eũ vnigenitũ noiat sicut Jo. ꝑmo
Vidimus eũ quasi vnigenitũ a patre: ⁊ itez. Uni
genitus qui est in sinu patris ipse enarrauit: si aũt
ꝓmuni mõ sicut ⁊ alĩ filius diceret: vnigenitus di
ci nõ posset: qñq̃ etiã ⁊ ꝑmogenitᵘ noiat vt q̃daz
deriuatio filiatiõis ab eo in alĩs ostẽdat ꝑm illud
Ro. viij. Quos ꝑsciuit ⁊ p̃destinauit fieri confor
mes imagini filĩ eius vt sit ipse primogenitus in
multis fratribus: ⁊ Gal. iiij. dicit. Misit deᵘ filiũ
suum vt adoptionem filiorum reciperemus alia
ergo ratione ipse est filius: per cuius filiationis si
militudinem alĩ filĩ dicuntur. ¶ Itẽm. quedaz
opera in scripturis sacris ita deo proprie attribu
untur q alteri cõuenire non possunt: sicut sancti
ficatio animarum: ⁊ remissio peccatorum. Dicit
enim Leuit. xx. Ego dominus qui sanctifico vos
⁊ Isa. xlij ¶ Ego sũ qui deleo iniquitates vestras
propter me: vtrunq̃ autem horum Christo scrip
tura attribuit: dicitur enim ad Hebre. ij. Qui san
ctificat ⁊ qui sanctificantur ex vno omnes: ⁊ ad
Hebre. vlt. Jesus vt sanctificaret per suum sãgui
nem populum: extra portam passus est. Ipse etiã
dominus de se protestatus est q haberet potesta
tem remittendi peccata ⁊ miraculo confirmauit:
vt habetur Mathei. ix. ⁊ hoc etiam angelus de
ipso pronunciauit ¶ Ipse inquiens saluum faciet
populum suum peccatis eorum: non igitur Chri
stus ⁊ sanctificans ⁊ peccata remittens sic dicitur
deus sicut dicuntur dñi hi qui sanctificant ⁊ quo
rum peccata remittuntur: sed sicut virtutez ⁊ na
turam diuinitatis habens. Illa vero scripture te
stimonia quibus ostendere nitebãtur q Christus
non esset deus per naturam: efficatia non sunt ad
eorum propositum ostendendum: confitemur. n.
i Christo dei filio post icarnatiõis mysteriũ duas
naturas hũanã. s. ⁊ diuinã: vñ de eo dicunt ⁊ que
dei sũt ꝓpa rõne diuine nãe ⁊ q̃ ad defectũ ptinẽ
dent rone hũane nature vt ifra plenᵘ explana
bit: nũc ãt ad p̃tẽ ꝓsiderationẽ de dina generatõ
ne hoc sufficiat monstratũ esse ꝑm scripturas q
Christus dei filius ⁊ deus dicitur ñ solũ sic̃ purus
hõ ꝑ gr̃am adoptiõis sz ꝓpter diuinitatis nãm.

¶ Opinio Sabellĩ de filio dei ⁊ eiᵘ iprobatio. V.

QUia uero omniũ
de deo recte sentientium hec est fixa
mentis cõceptio q non possit eẽ nisi

vnus naturaliter dē: quidā ex scripturis cōcipiē
tes q̄ Christus sit vere ⁊ naturaliter deus ac dei fi
lius vnū deum esse confessi sunt Christū dei filiuz
⁊ deū patrē: nec tamē q̄ dē filius dicat p̄m suā na
turā aut ab eterno ſz ex tūc filiatiōis nomē accepit:
ex q̄ de Maria v̄gine natus ē p̄ icarnatiōis myste
riū ⁊ sic oia q̄ Christus p̄m carnē sustinuit deo pa
tri attribuebāt: puta eē filiū virginis: cōceptuz et
natū eē ex ipa: passū: mortuū: ⁊ surrexisse: ⁊ alia
oia que scripture de Christo p̄m carnē loquuntur.
¶ Hāc āt positionē cōfirmare nitebant scripture
aucto: itatibus: dicit. n. deut. lxvi. Audi israel dñs
deus tuus vnus est: ⁊ Deutro. xxxij. videte q̄ ego
sim solus: ⁊ non sit alius deus p̄ter me: ⁊ Jo. v.
Pat in me manens ipse facit opera: ⁊. xiij. Qui
videt me videt ⁊ patrem ⁊ ego in patre ⁊ pater in
me ē. Ex quibus oibus cōcipiebant deū patrē ip
sum filium dici ex virgine incarnatū. Hec autē
fuit opinio sabellianoz q̄ ⁊ patripassiani dicti sūt
eo q̄ patrē passū esse cōfitentur asserentes ipsum
patrem eē Christū. Hec aūt positio ⁊si a p̄dicta
differat q̄tū ad Christi diuinitatē: nā hec Christū
verū ⁊ naturalē deū esse confitetur qō p̄ma nega
bat: tū q̄tū ad generationē ⁊ filiationē ⁊ generati
onē vtraq; est cōfo: mis opio: nā sicut p̄ma positō
filiationē ⁊ generationē q̄ Christus filius dicit nō
fuisse añ Mariā: ita ⁊ hec opio cōfitet: neutra igi
tur positio generationē ⁊ filiationē ad diuinā na
turā refert sed solū ad naturā humanā. Hz etiā ⁊
hoc p̄priū ista positio q̄ cū dicit filius dei: nō desi
gnat aliq̄ subsistēs p̄sona: ſz q̄dā p̄prietas supueni
ens p̄existenti p̄sone: nā ipse p̄ p̄m q̄ carnē sūpsit
ex virgine filiū nomē accepit ñ quasi filius sit aliq̄
subsistens p̄sona a persona patris distincta. Hui⁹
aūt positionis falsitas manifeste ostendit auctori
tate scripture: nā Christus nō solū virginis filius
dicitur in scripturis sed etiā filius dei vt ex supio
ribus pater: hoc aūt esse nō potest vt idē sit filius
sui ipsius: cū eni filius generet a p̄e: generās autē
det esse genito: sequeret q̄ idē eēt dās ⁊ accipiens
esse: qō oio eē nō pōt: nō ē igit deus p̄ ipse filius
ſz ali⁹ ē filius ⁊ alius pater. Itē dñs dicit. Descēdi
de celo nō vt faciā voluntatē meā sed voluntatez
eius qui misit me: Jo. vi. ⁊. xvij. Clarifica me pat
apud temetip̄m. Ex quibus oibus ⁊ silibus osten
ditur filius esse alius a patre. Pōt aūt dici ſz hāc
positionē q̄ Christus dicit filius dei patris solum
p̄m humanā nām q̄. s. ipe deus p̄ humanā nām
quā assūpsit creauit ⁊ scificauit: sic igit ipse p̄m di
uinitatem sui ipsius p̄m hūanitatez dicit p̄: ⁊ ita
etiam nihil ꝓhibet eundē p̄m hūanitatē distinctū
esse a seipso p̄m diuinitatē. Sed secundū hoc seq̄
ret q̄ Christus dicat filius dei sicut ⁊ alij homes vl
rōne creationis vel rōne sanctificationis: ostensuz
ē autē q̄ alia rōne Christus dicit dei filius q̄ alij
sancti: nō igit mō predicto pōt intelligi q̄ ipse pat
sit Christus ⁊ filius sui ipius. ¶ Preterea vbi est
vnū suppositū subsistens: pluralis predicatio nō
recipit: Christus aūt de se ⁊ de patre pluraliter lo
quit dicēs. Ego ⁊ p̄ vnū sumus: nō est ergo filius
ipe pater. ¶ Ad hec si filius a patre nō distingui
tur nisi per incarnatiōis mysteriū: ante incarnatō
nē oio nulla distinctio erat: iueniť aūt ex sacra scri
ptura etiā ante incarnationē filius a patre fuisse
distinctus: dicit. n. Jo. p̄mo. In principio erat ver
bū ⁊ verbū erat apud deum: ⁊ deus erat verbuz:
verbū igit quod apud deū erat: aliquā distinctio
nē ab ipso habebat: habet eni hoc consuetudo lo
quendi vt alius apud aliū esse dicat. Similiter ēt
puer. viij.. genitus a deo dicit. Cū eo erā cōponēs
oia: in quo rursus associatio ⁊ quedam distinctio
designat: dicit etiā Osee p̄mo. Domui Juda mise
rebor: ⁊ saluabo eos in domino deo suo: vbi deus
pater de saluandis in deo filio pplis loquit quasi
de p̄sona a se distincta que dei noie digna habet:
dicit etiā Gen. p̄mo. Faciamus hominē ad imagi
nē ⁊ similitudinē nostrā: in quo expresse pluralitas
⁊ distinctio facientiū hoiem designat: hō aūt per
scripturas a solo deo conditus esse docet: ⁊ sic dei
patris ⁊ dei filij pluralitas ⁊ distinctio fuit etiam
ante Christi incarnationē: nō igit ipse pater filius
dicit ꝓpter incarnationis mysteriū. ¶ Amp̄. vā
filiatio ad ip̄m suppositū ptinet eius qui dicit fili
us: nō eni manus vel pes hois filiationis nomē p
prie accipit ſz ipse hō cuius ista sunt ptes: paterni
tatis aūt ⁊ filiationis noia distinctionē requirunt
in illis de quibus dicunt sicut ⁊ generās ⁊ genituz
oportet igitur si aliquis vere dicit filius q̄ suppo
sito a patre distiguat: Christus aūt vere ē dei fil⁹:
dicit. n. i. Jo. vltō. Ut simus in vero filio eius Jhu
Christo: oz igit q̄ Christus sit suppositō distinct⁹
a patre: non igitur ipse pater est filius. Ad hec: p⁹
incarnatiōis mysteriū pater de filio protestatur:
hic est filius meus dilectus: hec aūt demonstratio
ad suppositū refert: Christus igit p̄m suppositum
est alius a patre. ¶ Ea vero q̄bus Sabellius suā
positionē nititur cōfirmare id quod intendit: nō
ostendūt vt infra plenius ostendet: non eni per hoc
q̄ deus ē vnus vel q̄ p̄ est in filio ⁊ filius i patre
habet q̄ filius ⁊ pater sit vnū suppositō: pōt eniz
⁊ duoz suppositō distinctoz aliq̄ vnitas esse.

De opione Arrij circa filiū dei. VI.

DAm autē doctri
ne sacre nō cōgruat q̄ filⁱ dei a Ma
ria initiū sūpserit vt Fotinus dicebat

neqz vt is qui ab eterno deus fuit ⁊ pater est: per carnis assumptionē filius esse ceperit vt Sabellius dixerat: fuerūt alij hanc de dīna generatiōe quaz scriptura tradit opionē sumētes q̄ filius dei ante incarnationis mysteriū extiterit ⁊ etiā ante mūdi conditionē. Et quia iste filius a deo patre ē alius: estimauerunt eum non esse eiusdē nāe cū deo pre nō eni intelligere poterāt nec credere volebant q̄ aliqui duo fm psonam distincti habeant vnā essentiā ⁊ naturā: ⁊ quia sola nā dei patris fm fidei doctrinā eterna creditur: crediderunt naturā filij non ab eterno extitisse licet fuerit filius ante alias creaturas. Et quia omne quod non est eternuz ex nihilo factū est ⁊ a deo creatū: filiū deū ex nihilo factū esse ⁊ creaturā predicabant. Sed q̄ auctoritate scripture cogebāt vt etiā filiū dei nominarēt sicut i superioribus ē expressū: dicebāt eū vnū cū deo patre: nō quidē per naturā sed p quandā cōsensus vnionē ⁊ per dine similitudinis participationē super ceteras creaturas: vñ cū supreme creature quas angelos dicimus in scripturis ⁊ dij ⁊ filij dei nominent: fm illud Job. xxxviij. Ubi eras cū me laudarēt astra matutina: ⁊ iubilarent oēs filij dei: ⁊ i ps. Deus stetit in synagoga deoz: hūc dei filiū ⁊ deū pre alijs dici oportebat: vt potenobilioz ē inter ceteras creaturas in tantū q̄ per euz deus pī omnē aliā condiderit creaturā. ¶ Hanc aūt positionē cōfirmare nitebant sacre scripture documētis: dicit eni filius Joā. xvij. ad patrem loquēs. Hec est vita eterna: vt cognoscāt te solū deū verū: solus ergo pater deus verus ē: cū ergo filius non sit pater: filius deus verus eē nō pōt. ¶ Itez aplus dicit. i. ad Thimoth. vlt. Serues mandatū sine macula irrepħēsibile vsq̄ i aduentū domini nostri Jesu Christi: quem suis tēporibus ostēdet beatus ⁊ solus potens rex regū ⁊ dominus dominātiū: q̄ solus hz imortalitatē: ⁊ lucē habitat inaccessibilē. In quibus vbis ostenditur distinctio dei patris ostendentis ad Christū ostensū: solus ergo deus pater ostendens est potens rex regum ⁊ dñs dñatium: ⁊ solus hz imortalitatē ⁊ lucez habitat inaccessibilem: solus ergo pater deus verus est: ñ ergo filius. Preterea dñs dicit Jo. xiiij. ¶ Pater maior me est: ⁊ apostolus dicit filiū patri esse subiectū. i. ad Cor. xv. Cū oia subiecta illi fuerit: tūc ipse filius subiectus ē illi. s. patri qui sibi subiecit oia. si aūt esset vna nata patris et filij eēt etiā vna magnitudo ⁊ vna maiestas. non. n. filius essz minor patre nec patri subiectus. relinquitur ergo ex scripturis q̄ filius nō sit eiusdem nature cū patre vt credebant. ¶ Ad hec. natura patris nō patit indigētiam. i filio aūt indigētia inuenitur. ostēditur. n. ex scripturis q̄ a patre recipit. recipe āt indigentis est. dicit. n. Math. xv. Oia tradita sūt mihi a patre meo. ⁊. Joh. 3. Pater diligit filium ⁊ oia dedit i manu eius. videtur igit filius nō esse eiusdem nature cū patre. ¶ Amp. doceri ⁊ adiuuari indigētib' est. filius aūt a patre docetur ⁊ iuuatur dicitur: n. Joh. v. Non pōt filius a se facē q̄dq̄ nisi q̄ viderit patrē facientē. ⁊ ita. Pat diligit filiū. ⁊ oia demōstrat ei q̄ ipē facit et Jo. xv. filius dic discipulis Oia quecūq̄ audiui a pre meo: nota feci vobis: non igit videt esse eiusdez naturē filius cum patre. ¶ Preterea preceptum recipe: obedire: orare et mitti inferioris esse videt: hec aūt de filio legunt: dicit enim filius Joh. xiiij. Sicut mādatuz dedit mihi pater: sic facio: ⁊ Phil. ij. factus est obediēs patri vsq̄ ad mortem: ⁊ Joh. xiiij. Ego rogabo pīem: ⁊ aliū paraclytū dabit vobis: ⁊ Gal. iiij. dicit aplus. Cum venit plenitudo tēporis misit deus filium suū: est ergo filius minor pre ⁊ ei subiectus ¶ Item filius clarificatur a pre sicut ipe dic Joh xij. Pater clarifica nom tuum: ⁊ sequitur. Ueit vox de celo. Et clarificaui: ⁊ iterum clarificabo. Aplus etiam dicit ad Ro. viij. q̄ deus suscitauit Jhm xpm a mortuis: ⁊ Petrus dicit Act. ij. q̄ ē dextera dei exaltatus: ex quibus videtur q̄ sit patre inferior. ¶ Preterea in natura patris nullus defectus esse potest: in filio autem inuenitur defectus potestatis. dicitur eniz Mathei vigesimo. Sedere ad dexteram meam vel sinistram nō est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo ¶ Defectus etiam scientie: dicit eni ipse Mathei. xxiiij. De die autem illa ⁊ hora nemo scit neqz angeli in celo neqz filius nisi pater ¶ Inuenitur etiam in eo defectus quiete affectionis cum in eo scriptura asserat tristiciam fuisse ⁊ iram ⁊ alias huiusmodi passiones: non igitur videtur filius esse eiusdem nature cum patre. ¶ Ad hec expresse in scripturis inuenitur q̄ filius dei sit creatura. dicitur enim Eccle siastici vigesimo quarto. Dixit mihi creator omnium: ⁊ qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: et iterum. Ab initio et ante secula creata sum: est igitur filius creatura. ¶ Preterea filius creaturis connumeratur: dicitur enim Eccle siastici vigesimo quarto: ex persona sapiētie. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam: ⁊ apostolus ad Collossen. primo dicit de filio q̄ est primogenitus creature: videtur ergo q̄ filius ordinem cum creaturis habeat quasi primum inter eas obtinens gradum. ¶ Amp. filius dicit Joannis decimoseptimo pro discipulis ad petrem orans. Ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis vt sint vnum: sicut ⁊ nos vnuz sumus: sicut igitur pater ⁊ filius vnum sunt: sic discipulos vnum esse volebat: non autez volebat discipulos esse per essentiam vnum: non ergo pater ⁊ filius sunt p essentiā vnū: ⁊ sic seqt̄ q̄ sit creatura ⁊ patri subiectus. Est āt hec positio Arrij ⁊

Eunomij: ⁊ videt a platonicoruz dictis exorta q̄ ponebant sūmū deū patrē ⁊ creatorē oīum reruz a quo p̄mitus effluxisse dicebant quandā mentē in qua essent omniū reruz forme superiorem omnibus alijs rebus quaz paternum intellectum nominabant: ⁊ post hanc: animaz mundi: ⁊ deinde alias creaturas. ¶ Quod ergo in scripturis sacris de dei filio dicitur: hoc de mente predicta intellgebant: ⁊ precipue quia sacra scriptura dei filiū dei sapientiam nominat ⁊ verbum dei. Cui etiaz opinioni cōsonat positio Auicenne qui supra animā primi celi ponit intelligentiam primam mouentē primū celuz: supra quā vlterius deum in summo ponebat. Sic igitur Arriani de dei filio suspicati sunt q̄ esset quedā creatura supereminens omnibus alijs creaturis: qua mediante deus omnia creasset: precipue etiam cum quidā phi posuerūt quodam ordine res a primo principio processisse ita q̄ per primum creatum oīa alia sint creata.

¶ Improbatio opinionis Arrij circa filium dei. VII.

Hanc autem positionez diuine scripture repugnare manifeste pōt percipere si quis sacrarū scripturarum dicta diligenter consideret. Cum enim scriptura diuina ⁊ Christum dei filium ⁊ angelos dei filios nominet: alia tamen ⁊ alia ratiōe: vnde aplus Hebreo. p̄mo dicit. Cui dixit aliquando angeloꝝ filius: filius meus es tu: ego hodie genui te: quod ad Christum asserit esse dictum. Secundū autem positionez predictā eadem ratione angeli filij dei dicerent ⁊ Christus: vtrisq̄z eni vnū nomen filiationis cōpeteret secundum quandam sublimitatez nature in qua creati sunt a deo: nec obstat si Christus sit excellentioris nature pre alijs angelis: quia etiā inter angelos ordines diuersi inueniunt vt ex superioribus patet: ⁊ tamē ōnibus eadē filiationis ratio cōpetit: non igitur Christus filius dei dicit secūduz q̄ asserit predicta positio. ¶ Item cum ratione creationis nomen filiatiōis diuine multis cōueniat: quia omnibus angelis et sanctis: si etiam eadem ratione Christus filius diceretur non esset vnigenitus: licet per excellentiaz sue nature inter ceteros primogenitus posset dici asserit autem eum scriptura esse vnigenitum Jo. p̄mo. Uidimus eum quasi vnigenitum a patre: non igitur ratione creationis dei filius dicitur. ¶ Amp̄. nomen filiationis proprie ⁊ vere generationem viuentium consequitur in quibus genitum ex substantia generantis procedit: alias eniz nomen filiationis non secundum veritatem sed potius secundum similitudinem accipitur: cum filios dicimus: aut discipulos aut hos quoruz gerimus curā: si igit Christus non diceretur filius nisi ratione creationis: cum id quod creatur a deo non ex substantia dei deriuetur: Christus vere filius dici non posset: dicitur aūt verus filius. i. Joā. vlt. Ut simus inquit in vero filio eius. Jesu Christo: non igitur dei filius dicitur quasi a deo creatus in quantacunq̄z nature excellentia: sed quasi ex dei substantia genitus. ¶ Preterea si Christus ratione creationis filius dicitur non erit verus deus: nihil enim creatum deus potest dici nisi per quandam similitudinez ad deum: ipse autem Jesus Christus est verus deus: cum enim Jo. dixisset ¶ Ut simus in vero filio eius: subdidit. Hic est verus deus ⁊ vita eterna: non igitur Christus filius dei dicitur ratione creatiōis. ¶ Amp̄. apostolus ad Ro. ix. dicit. Ex quibus Christus ē secundum carnem qui ē super omnia deus benedictus in secula amen: ⁊ Titum. ij. Expectantes beatam spē ⁊ aduentum glorie magni dei ⁊ saluatoris nostri Jesu Christi. ⁊ Jere xxiij. dicitur. Suscitabo Dauid germen iustum: ⁊ postea subditur. Et hoc est nomen quod vocabunt eum: dominus iustus noster: vbi in hebreo habetur nomen tetragramatō quod de solo deo certum est dici: ex quibus apparet q̄ filius dei est verus deus. ¶ Preterea si Christus verus filius est: de necessitate sequitur q̄ sit verus deus: non enim vere filius potest dici quod ab alio gignitur: etiam si de substantia generātis nascatur: nisi in similem speciem generantis procedat: oportet enim q̄ filius hominis homo sit: si igitur Christus est ver⁹ filius dei: oportet q̄ sit verus deus: non est igitur aliquod creatum. ¶ Item nulla creatura recipit totam plenitudinez diuine bonitatis: quia sicut ex superioribus patet: perfectiones a deo in creaturas per modum cuiusdam descensus procedunt. Christus autem habet in se totam plenitudinem diuine bonitatis: dicit enim apostolus ad Col. ij. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis: Christus ergo non est creatura. ¶ Ad hec: licet intellectus angeli perfectiorez cognitionem habeat q̄ intellectus hominis: tamen multum deficit ab intellectu diuino: intellectus autem Christi non deficit in cognitione ab intellectu diuino: dicit enim apostolus ad Col. ij. q̄ in Christo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi: non est igitur Christus filius dei creatura. ¶ Amplius: quicquid deus habet in seip̄o est eius essentia vt in primo ostensum est: omnia autem que habet pater sunt filij: dicit enim ipse filius Joannis xvi. Omnia que habet pater mea sunt: ⁊ Joannis. xvij. ad patrē loquens ait. Mea omnia tua sūt: ⁊ tua mea sunt: est ḡ eadē eēntia et

natura patris ⁊ filij: nō est igitur filius creatura. Preterea aplus dicit Phil.ij. q̄ filius anteq̄ exinaniret semetipm formā serui accipiēs: in forma dei erat: per formā aūt dei non aliud intelligitur q̄ natura diuina sicut per formam serui non itelligitur aliud q̄ humana natura: est ergo filius in natura diuina: non est igitur creatura. Item nihil creatum pōt esse deo equale: filius autem ē patri equalis: dicitur enim Joannis. v. Querebāt eum iudei interficere quia non soluz soluebat sabbatum sed ⁊ patrem suum dicebat deum equalē se deo faciens: hec est ergo euangeliste narratio cuius testimonium verum est q̄ Christus filium dei se dicebat ⁊ deo equalem: ⁊ ꝓpterea eum iudei p̄sequebantur. Nec dubium est alicui Christiano quin illud quod Christus de se dixit verum sit: cū ⁊ apostolus dicat Phil.ij. Hoc non fuisse rapinā q̄ equalem se esse patri arbitratus est: est ergo filius equalis patri: non est igitur creatura. Amp̄. in ps. legitur non esse similitudinem alicuius ad deum etiam inter angelos qui filij dei dicuntur. Quis inquit similis deo in filijs dei? ⁊ alibi. Dē quis similis erit tibi? quod de perfecta similitudie accipi oportet quod patet ex his que in primo libro tractata sunt: Christus autem perfectam sui similitudinem ad patrem ostendit etiam in viuēdo dicitur enim Joannis quinto. Sicut pater habz vitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio vitam habere in semetipso. non est igitur Christus computādus inter filios dei creatos. Ad hec nulla substantia creata repꝛesentat deum quātum ad eius substantiam: quicquid eni ex perfectione cuiuscūq̄z creature apparet minus est q̄ qō deus est: vnde p̄ nullam creaturam sciri potest de deo quid est: filius autem repꝛesentat patrem: dicit enim de eo apostolus ad Col. ꝓmo: q̄ est imago inuisibilis dei: ⁊ ne estimet esse imago deficiens essentiam dei non repꝛesentans per quam nō possit cognosci de deo quid est: sicut vir dicitur imago dei. i. Cor. xi. ostenditur perfecta esse imago ipsam dei substantiam repꝛesentans. Hebꝛeorum ꝓmo dicente apostolo. Cum sit splendoꝛ glorie ⁊ figure substantie eius: non est igitur filius dei creatura. Preterea nihil quod est in aliquo genere est vniuersalis cā eoꝝ que sunt in genere illo: sicut vniuersalis causa hominum non est aliquis homo: nihil eniz sui ipsius est causa. sed sol qui est extra genus humanum est vniuersalis causa generationis humane: ⁊ vlterius deus filius autem est vniuersalis causa creaturarum. dicitur enim Jo. primo. Omnia p̄ ipsum facta sunt: ⁊ prouer. viij. dicit sapientia genita. Cum eo eram cōponens omnia: ⁊ aplus dicit ad Col. primo. In ipso condita sunt vniuersa in celo ⁊ in terra: ipse igitur non est de genere creaturarum. Item ex ostensis i secundo libꝛo manifestum est q̄ substantie icoꝛpoꝛee quas angelos dicimus non possunt aliter fieri q̄ per creationez ⁊ etiam ostensum est q̄ nulla substantia potest cāre sed solus deus: sed dei filius Jesus Christus est causa angeloꝝ eos in esse producens dicit eniz apostolus. Sive throni: sive dominationes: sive principatus: sive potestates: omnia per ipsuz ⁊ in ipso creata sunt: ipse igitur filius non est creatura Preterea cum propria actio cuiuslibet rei sequat naturam ipsius: nulli cōpetit propria actio alicuius rei cui non cōpetit illius rei natura: quod eniz non habet humanā speciem: nec actionez humanam habere potest proꝑie autem actiones dei cō ueniunt filio sicut creare vt iam ostensum est cōtinere ⁊ conseruare oia in esse ⁊ peccata purgare q̄ est proꝑium ipsius dei vt ex superioꝛibus patz dicitur aūtē de filio ad Col. ꝓmo: q̄ oia in ipso cōstāt: ⁊ ad Hebꝛe. ꝓmo: dicitur q̄ portat omnia v̄bo virtutis sue purgationem peccatoꝝ faciens filius igitur dei est nature diuine ⁊ non est creatura. Sed quia posset Arrianus dicere q̄ hoc filius facit non tanq̄ principale agens sed sicut instrumētū principalis agentis quod per propriam virtutez non agit: sed solum per virtutem principalis agentis. Hanc positionem dominus excludit Joannis. v. dicens. Quecunq̄z enim ille fecerit hec ⁊ filius similiter facit: sicut igitur pater per se operatur ⁊ ꝓpria virtute: ita ⁊ filius. Ulterius ēt ex hoc verbo concluditur q̄ sit eadē virtus ⁊ potestas filij ⁊ patris: non solum enim dicit q̄ filius similiter operatur. Sed q̄ eadē operatur filius sic ⁊ pater: ⁊ similiter: idē autem nō potest eē operatum eodem modo a duobus agentibus nisi dissimiliter: sicut idē fit a principali agēte ⁊ instrumēto: vel similiter oportet q̄ conueniant in vna virtute que quidem virtus quādoq̄z congregatur ex diuersis virtutibus i diuersis agētibus iuentis: sic ꝑz in multis trahētibus nauē: oēs eni similiter tꝛahunt: ⁊ quia virtus cuiuslibet imperfecta est ⁊ insufficiens ad istum effectum: ex diuersis virtutib⁹ congregatur vna virtus omnium que sufficit ad trahendum nauem: hoc autem non potest dici a patre ⁊ filio: virtus enim dei patris non est imperfecta sed infinita vt in ꝓmo ostensum est: oportet igit̄ q̄ eadē numero sit virtus patris ⁊ filij: ⁊ cum virtus sequatur naturam rei oportet q̄ eadez numero sit natura ⁊ eēntia patris ⁊ filij: qō etiā ex ꝓcedētib⁹ cōcludi pōt: nā si i filio est natura diuina vt multipliciter ostensuz ē cum natura diuina multiplicari nō possit vt i ꝓo libro ostensum est: sequitur de necessitate q̄ sit radem numero natura et essentia in patre ⁊ filio. Itē vltima nātabitudo i solo deo ē i q̄ ēt sola spes hoīs dēt poni

ꝛ cui ſoli eſt honoꝛ latrie exhibẽdus vt i.iij.ē oſtẽ
ſũ:beatitudo ãt nr̃a i dei filio eſt:dicit.n.Jo. xvij.
Hec ē vita eterna vt cognoſcant te ſcilicet patrẽ:
ꝛ quem miſiſti Jeſum Chriſtum:ꝛ.j. Joan.vltio
dicitur de filio ꝙ eſt verus deus ꝛ vita eterna:cer
tum eſt autem nomine vite eterne in ſcripturis ſa
cris vltimam beatitudinem ſignificari:dicit enim
Jſaias de filio vt apoſtolus inducit. Erit radix
ieſſe ꝛ qui exurꝛ:re.ge.in eo gentes ſperabunt:dici
tur enim in p̃s. Et adorabunt eum omnes reges:
omnes gentes ſeruient ei : ꝛ Joannis.v.dicitur.
Omnes honorificent filium ſicut honorificant
patrem ꝛ iterum in p̃s. dicitur. Adorate eum
omnes angeli eius:quod de filio apoſtolus intro
ducit. Hebreoꝝ p̃mo. Manifeſtum igitur filium
dei verum deum eſſe. Ad hoc etiam oſtenden
dum valent ea que ſuperius contra Fotinum in
ducta ſunt ad oſtendendum Chriſtum deum eſſe
non factum ſed verum. Ex premiſſis igitur ꝛ con
ſimilibus ſacre ſcripture documentis eccleſia ca
tholica docta Chriſtum verum ꝛ naturalem dei
filium confitetur coeternum patri ꝛ equalem et
verum deum eiuſdem eſſentie ꝛ nature cuꝝ patre
genitum non creatum nec factum. Unde patet ꝙ
ſola eccleſie catholice fides vere cõfitetur genera
tionem in deo dum ipſam generationem filij ad
hoc refert ꝙ filius accepit diuinaꝝ naturam a pa
tre. Alij vero heretici ad aliquam extraneam na
turam hanc generationem referunt. Fotinus qui
dem ꝛ Sabellius ad humanam. Parrius autem
non ad humanam ſed ad quandã naturam crea
tam digniorem ceteris creaturis:differt etiam Ar
rius a Sabellio ꝛ Fotino ꝙ huiuſmodi generati
onem predictam aſſerit ante mundum fuiſſe : illi
vero eam fuiſſe negant ante natiuitatẽ ex virgine
Sabellius tamen a Fotino differt in hoc ꝙ Sa
bellius. Chriſtum verum deum confitetur ꝛ natu
ralem:non autem Fotinus:ſed neqꝝ Arrius : ſed
Fotinus purum hominem:Arrius autem quaſi
cõmixtum ex quadam excellentiſſima creatura
diuina ꝛ humana hi aliam eſſe perſonam patri
ꝛ filij confitẽtur:quod Sabellius negat. Fides er
go catholica media via incedens confitetur cum
Arrio ꝛ Fotino contra Sabellium aliam perſo
nam patris ꝛ filij ꝛ filium genitum:patrem vero
omnino ingenitum cum Sabellio vero contra
Fotinum ꝛ Arrium. Chriſtum verum ꝛ natura
lem deum ꝛ eiuſdem nature cum patre licet non
eiuſdem perſone. Ex quo etiam iudicium ve
ritatis catholice ſumi poteſt:nam vero hic philo
ſophus dicit etiam falſa teſtantur falſa vero non
ſolum a veris ſed etiam ad iuicem diſtant.

Solutio ad auctoritates quas
Arrius ꝓ ſe iducebat. VIII.

Quia uero ueritaſ veritati contraria eſſe nõ poteſt:ma
nifeſtum eſt ea que ex ſcripturis veri
tatis ab arrianis introducta ſunt ad
ſuum errorem confirmandum : eorum ſententie
accommoda non eſſe. Cum enim ex ſcripturis di
uinus oſtenſum ſit patris ꝛ filij eandem numero
eſſentiam eſſe ꝛ naturam diuinaꝝ ſecundum quã
vteroꝝ verus dicitur deus:oporꝛtet patrem ꝛ filiũ
non duos deos ſed vnum deum eſſe : ſi enim plu
res dij eſſent oporꝛteret per conſequens diuinitatis
eſſentiam in vtroꝝ partitam eſſe : ſicut in duob⁹
hominibus eſt alia ꝛ alia humanitas numero: et
precipue cum non ſit aliud diuina natura ꝛ aliud
ipſe deus vt ſupra oſtenſum eſt. Ex qua auctoꝛi
tate conſequitur ꝙ exiſtente vna natura diuina i
patre ꝛ filio ꝙ ſint pater ꝛ filius vnus deus : licet
ergo ꝛ patrem confiteamur deum:ꝛ filium deuꝝ:
non tamen recedimus a ſententia qua ponitur
vnus ſolus deus quam in primo ꝛ rationibus et
auctoꝛitatibus firmauimus : vnde ꝛſi ſit vnus ſo
lus verus deus:tamen hoc ꝛ de patre ꝛ de filio p̃
dicari confitemur:cum ergo dominus ad patrem
loquens dicit:vt cognoſcant te ſolum deum verũ
non ſic intelligendum eſt ꝙ ſolus pater ſit verus
deus:quaſi filius non ſit verus deus:quod tamen
manifeſte ſcripture teſtimonio probatur:ſed ꝙ il
la que eſt vna ſola vera deitas patri conueniat
ita tamen ꝙ non excludatur inde ꝛ filius: vnde
ſignanter non dixit dominus: vt cognoſcant te
ſolum verum deum:quaſi ſolus ipſe ſit deus: ſed
dixit:vt cognoſcant te:et addidit:ſolum deum ve
rum:vt oſtenderet patrem cuius ſe filium prote
ſtabatur eſſe deum in quo inuenitur illa que ſo
la eſt vera diuinitas:et quia oporꝛtet verum filiuꝝ
eiuſdem nature eſſe cum patre: magis ſequitur
ꝙ illa que ſola eſt vera diuinitas filio conueniat
ꝙ ab ea filius excludatur:vñ ꝛ Joãnes.iij. in fine
ſue canonice quaſi hec uerba domini exponens
vtrunqꝝ iſtoꝝ vero filio attribuit que hic do
minus dicit de patre:ſcilicet ꝙ ſit verus deus: et
ꝙ in eo ſit vita eterna dicens:vt cognoſcamus ve
rum deum ꝛ ſimus in vero filio eius:hic eſt ver⁹
deus ꝛ vita eterna. Si tamen confeſſus eſſet filiuſ
ꝙ ſolus pater eſſet verus deus:non propter hoc a
vera diuinitate filius excludi intelligendus eſſet:
nam quia pater ꝛ filius ſunt vnus deus vt oſten
ſum ẽ: q̃quid rõne diuinitatis de patre dicit: idẽ
eſt ac ſi de filio diceret ꝛ ecõuerſo:ñ.n.ꝓpter hoc ꝙ

dominus dicit Mathei.xi. ¶Nemo nouit filium nisi pater:neq; patrem quis nouit nisi filius vt intelligitur vel pater a sui cognitione excludi vel filius. Ex quo etiam patet q; vera filij diuinitas non excluditur ex verbis apostoli quibus dicit: quem suis temporibus ostendens beatus ⁊ solus potēs: rex regum dominus dominantium:non enim in his verbis pater nominatur sed id quod est commune patri ⁊ filio:nam q; ⁊ filius sit rex reguz et dominus dominantium: manifeste ostenditur Apocal'.xix. vbi dicitur ¶Uestitus erat veste aspersa sanguine:⁊ vocabat nomen eius verbum dei. ⁊ postea subditur: Et habet in vestimento ⁊ in femore suo scriptum:rex regū ⁊ dominus dominantium. Nec ab hoc qō subditur: Qui solus habet imortalitatem :excluditur filius:cum ⁊ sibi credentibus imortalitatez cōferat:vnde dī Joh. xj. Qui credit in me nō morietur in eternū. Sed ⁊ hoc q; subditur: quē nemo hominum vidit sed nec vidēre potest:certū est filio cōuenire:cū domin' dicat Math.xj. Nemo nouit filium nisi pater. Cui nō obstat q; visibilis apparuit:hoc enim fm carnem factum est autē inuisibilis fm deitatez sicut ⁊ pat': vnde apostolus in eadem epistola dicit manifestū magnum est pietatis sacramētū qō manifestuz ē in carne. Nec cogit q; hec de solo patre dicta intelligamus:quia dicitur quasi oporteat aliū esse ostēdentem ⁊ alium ostensū:nam ⁊ filius seipsum oī dit:dicit enim ipe Joh.xiij. Qui diligit me:diligetur a patre meo:⁊ ego diligam eum ⁊ manifestabo ei meipsum:vnde ⁊ ei dicimus: Ostende faciez tuam ⁊ salui erimus. Quautē dominus dicit: pat' maior me est:qualiter sit intelligendū apostolus docet:cum enim maius referatur ad minus:oportet intelligi hoc dici de filio scōm q; est minorat': ostendit aūt apostolus eum esse minoratum secū dum assumptionem forme seruilis ita tamē q; ōo patri equalis existat scōm formā diuinam : dicit enim ad Phil'.ij. Luz in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalē deo:sz semetipsū exinaniuit formā serui accipiens. Nec est mirum si ex hoc pater eo maior dicatur:cum etiam ab ā gelis eum minoratum apostolus dicat Debreo.ij. eum inquit qui modico ab angelis minoratus est vidimus Jesum propter passionem mortis gloria ⁊ honore coronatum. ¶Ex quo etiam patet q; secundum eandem rationem dicitur filius esse patri subiectus.ſ. secundum humanam naturam : quod ex ipsa circunstantia littere apparet : premiserat enim apostolus:per hominem mors: ⁊ per hominem resurrectio mortuorum : ⁊ postea subiunxerat q; vnusquisq; resurget in suo ordine primum Christus:deinde hij qui sunt Christi:et postea addidit:deinde filius cum tradiderit regnuz deo ⁊ patri:⁊ ostenso quale sit hoc regnum quia scilicet oporteret ei omnia esse subiecta: cōsequēter subiungit. Cum subiecta illi fuerint omnia : tunc ipse filius subiectus erit illi qui sibi subiecit ōnia . Ipse ergo contextus littere ostendit hoc de Christo debere intelligi secundum q; est homo: sic enim mortuus est ⁊ resurrexit:nam secūdum diuinitatez cum omnia faciat que facit pater vt ostensum est etiam ipse sibi subiecit omnia . vnde ⁊ apostolus dicit ad Phil'.iij. Saluatorem expectamus dominum Jesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratuz corpori claritatis sue secundum operationem qua possit sibi subijcere oia. Ex eo autem q; pater filio dare dicitur in scripturis ex quo per scripturam sequitur ipsum recipere. non potest ostendi aliqua indigentia esse i ipso:sed hoc requiritur ad hoc q; filius sit:nō enī filius dici posset nisi a patre genitus esset : omne autem genitum a generante naturam recipit generantis:per hoc ergo q; pater filio dare dicitur: nihil aliud intelligitur q; filij generatio secundum quam pater dedit filio suam naturam. ⁊ hoc ipz ex eo quod datur intelligi potest:dicit enim dominus Joannis.x. ¶Pater quod dedit mihi: maius omnibus est:id autem quod maius omnibus est: diuina natura est in qua filius est patri equalis q; ipsa verba domini ostendunt:premiserat enim q; oues suas nullus de manu eius rapere posset : ad cuius probationem inducit verbum propositum scilicet q; id quod est sibi a patre datum maius omnibus sit:⁊ quia de manu patris vt subiūgit nemo rapere potest:ex hoc sequitur q; nec de manu filij:non autez sequeretur nisi per id quod est sibi a patre datum esset patri equalis. Unde ad hoc clarius explicandum subdit. Ego ⁊ pater vnum sumus:similiter etiam apostolus ad Philippenses.ij. dicit. Et dedit illi nomen quod est super omne nomen vt in nomine Jesu omne genu flectatur celestium terrestrium ⁊ infernorum : nomen autez omnibus nominibus altius quod omnis creatura veneratur : non est aliud q; nomen diuinitatis:ex hac ergo generationis datione generatio ipsa intelligitur secundum quam pater filio veram deitatem dedit. ¶Item etiam ostenditur ex hoc q; omnia sibi dicuntur esse data a patre:non autem essent sibi data omnia nisi omnis plenitudo diuinitatis que est in patre esset in filio sic igitur ex hoc q; sibi patrem dedisse asserit se verum filium confitetur contra Sabellium:ex magnitudine vero eius quod datur patri se confitetur esse equalem vt Arrius confundatur: patet igitur q; talis donatio indigentiam in filio non designat non enim ante fuit filius q; sibi daretur:cū generatio eius sit ipsa donatio:neq; plenitudo dati hoc patitur vt indigere possit ille cui cōstat esse donatiū. Nec obuiat predictis q; ex tpe filio pater

dediſſe legitur i ſcripturis: ſicut dominus poſt re
ſurrectionez dicit diſcipulis. Data eſt mihi omnis
poteſtas in celo ⁊ in terra: ⁊ apoſtolus ad Phil.
ij. dicit q̄ propter hoc de⁹ ipſuz exaltauit ⁊ dedit
illi nomē qđ ē ſup omne nomen: quia factus fuit
obediens vſq; ad mortem: quaſi hoc nomen non
habuerit ab eterno: eſt eni cōſuetus ſcripture mo
dus vt aliqua dicant eſſe vel fieri qñ innoteſcunt:
hoc autē q̄ filius ab eterno vniuerſalem poteſta
tē ⁊ nomē diuinū acceperit: poſt reſurrectionez p̄
dicātib⁹ diſcipulis mūdo ē mānifeſtatū: ⁊ hoc etiā
verba dei oſtendūt: dicit eni dominus Joh. xvij.
Clarifica me p̄ apđ temetip̄z claritate quā habui
p̄uſq̄ mūdus fieret: petit eni vt ſua gloria quā ab
eterno a patre recepit vt deus in eo iā homine fa
cto eſſe declareť. Ex hoc aūt manifeſtū ē quomō
filius doceatur cum non ſit ignorans oſtenſum ē
eni in primo libro q̄ intelligere ⁊ eſſe in deo idem
ſunt: vñ cōmunicatio diuine nāe eſt etiam itelligē
tie communicatio. Communicatio autem intelli
gentie demonſtratio vel locutio ſiue doctrina po
teſt dici: per hoc ergo q̄ filius ſua natiuitate a p̄e
nām dinā acceperit dī vel a p̄e audiuiſſe vel p̄
ei demonſtraſſe vel ſi quid aliud ſimile legit i ſcri
pturis: nō q̄ prius filius ignorans aut neſciēs fue
rit: ⁊ poſtmodū eum pater docuerit: confiteť eniz
apl̄us. i. ad Cor. .primo Chriſtum dei virtutē ⁊ dei
ſapientiam. Non eſt autem poſſibile q̄ ſapientia
ſit ignorans neq; q̄ virtus infirmetur: ideo etiam
qđ dicit: non poteſt filius a ſe facere quicq̄: nullā
infirmitatem agendi demonſtrat in filio: ſed quia
cum deo non ſit aliud agere q̄ eſſe: nec ſua actio
ſit aliud q̄ ſua eſſentia vt ſupra probatum eſt: ita
dicitur q̄ filius non poſſit a ſe agere ſed agat a pa
tre: ſicut q̄ non poteſt a ſe eſſe ſed ſolum a patre:
ſi enim a ſe eſſet: iam filius non eſſet: ſicut ergo fi
lius nō poteſt nō eſſe filius: ita a ſe agere ñ poteſt:
quia vero eandē naturā accipit filius quā habet
pater: ⁊ ex conſequēti eandez virtutē: licet filius a
ſe non ſit nec a ſe operetur: tamen eſt per ſe ⁊ per
ſe operať: q⁊ ſicut eſt per ꝓpriā naturā quā acce
pit a patre: ita per ꝓpriā naturā a patre acceptaz
operať: vnde poſtq̄ dominus dixerat. Nō p̄ōt fi
lius a ſe facere quicq̄ vt oſtenderet q̄ licet nō a ſe
tamē per ſe filius operatur: ſubiungit. Quecūq;
ille fecerit ſcilicet pater: hec ⁊ filius ſimiliter facit.
Ex premiſſis etiam apparet qualiter pater preci
piat filio ut filiuſ obediat patri: aut patrem oret:
aut mittatur a patre: hec eni omnia filio conueni
unt ſecundum quod eſt patri ſubiectus: quod nō
eſt niſi ſecundū humanitatē aſſumptā vt oſtenſū
eſt: pater ergo filio precipit vt ſubiecto ſibi ſecun
dum humanam naturam: ⁊ hoc etiam verba do
mini manifeſtant: nam cum dominus dicat. Ut
cognoſcat mūdus quia diligo patrem: ⁊ ſicut mā
datum dedit mihi pater ſic facio: quod ſit iſtud
mandatum oſtenditur per id quod ſubditur.
Surgite eamus hinc: hoc enim dixit ad paſſiōez
accedens: mandatum autem patiendi manifeſtuz
eſt filio non competere niſi ſecundum humanam
naturam. Similiter vbi ait. Si precepta mea ſer
uaueritis: manebitis in dilectione mea ſicut et
ego precepta patris mei ſeruaui ⁊ maneo in eius
dilectione: manifeſtum eſt hec precepta ad filiuz
pertinere prout a patre diligebatur vt homo ſi
cut ipſe diſcipulos vt homines diligebat. Et q̄
precepta patris ad filium accipienda ſint ſecūduz
humanam naturam a filio aſſumptam: aposto
lus oſtendit docens filium obedientem patri fuiſ
ſe in his que pertinent ad humanam naturam:
dicit enim ad Philippenſes. ij. Factus eſt obedi
ens patri vſq; ad mortem. Oſtendit etiam apo
ſtolus q̄ ozare filio conueniat ſecunduz humanā
naturam. Dicit enim ad Hebreos quinto. q⁹i die
bus carnis ſue preces ſupplicationeſq; ad euz qui
poſſit illum ſaluum a morte facere cum clamore
valido ⁊ lachrymis offerens exauditus eſt ꝓ ſua
reuerentia. Secundum quid etiam miſſus a pa
tre dicatur: apoſtolus oſtendit ad Gal. iiij. dicēs.
Miſit deus filium ſuum factuz ex muliere: eo er
go dicitur miſſus quo eſt factus ex muliere: quod
quidem ſecundum carnem aſſumptam certum ē
ſibi conuenire. Patet igitur q̄ per hec omnia nō
poteſt oſtendi filius patri eſſe ſubiectus niſi ſecun
dum humanam naturam. Sed tamen ſcienduz
eſt q̄ filius mitti a patre dicitur etiam inuiſibili
ter in quantum deus: ſine preiudicio equalitatis:
quam habet ad patrem vt infra oſtendetur cum
agetur de miſſione ſpiritus ſancti. Similiter eti
am patet q̄ per hoc q̄ filius a patre clarificatur
vel ſuſcitatur vel exaltatur: non poteſt oſtendi q̄
filius ſit minor patre: niſi ſecundum humanam
naturam: non enim filius clarificatione indiget
quaſi de nouo claritatem accipiens cum eam pro
fiteatur ſe ante mundum habuiſſe: ſed oportebat
q̄ ſua claritas que ſub infirmitate carnis erat o
cultata: per carnis glorificationem ⁊ miraculorū
operationem manifeſtaretur in fide credentium
populorum: vnde de eius ocultatione dicitur.
Iſaie. liij. Uere abſconditus eſt vultus eius:
vnde nec reputauimus eum. Similiter autem
ſecundum hoc Chriſtus ſuſcitatus eſt qui eſt paſ
ſus ⁊ mortuus ſecundum carnem: dicitur enim
primo Petri quarto. Chriſto paſſo in carne et
vos eadem cogitatione armamini: exaltari etiam
eum oportuit ſecundum hoc q̄ fuit humiliatus:
nam ⁊ apoſtolus dicit Phil. ij. Humiliauit ſe
met ipſum factus obediens vſq; ad mortem: pro
pter quod deus exaltauit illū. Sic ergo p̄ hoc q̄
pater clarificat filiuz ſuſcitat ⁊ exaltat: filius non

¶ Imꝑ. corꝑus cōparat ad aiaz ſicut mā ad formam ⁊ ſicut inſtrumentum ad principale agens. oport3 autem māz ꝓportionatam eſſe forme ⁊ inſtrumentū ꝓncipali agenti: ergo fm diuerſitatē animarum oport3 ⁊ corꝑorum diuerſitatem ee: qō ⁊ fm ſenſum apparet. nam in diuerſis animalibus inueniuntur diuerſe diſpoſitiones membrorum ſcōm q̄ conueniunt diuerſis diſpoſitionibus aiaruz: ſi ergo in chriſto non fuit anima qualis ē anima noſtra: nec membra habuiſſet ſicut ſūt mēbra humana. ¶ Preterea cū ſcōm Apollinarem verbum dei ſit verus deus: ei admiratio cōpetere non poteſt. nam ea admiramur quorum cauſam ignoramus. ſiliter aūt nec admiratio anime ſenſitiue competeret cum ad animam ſenſitiuam non pertineat ſolicitari de cognitione cauſarum. in chriſto ār admiratio fuit ſic ex euangelijs probat: dicitur enim Mathe. octauo q̄ audiēs Jhs vba Centurionis miratus eſt: oz igitur preter diuinitatē uerbi ⁊ aiam ſenſitiuam in chriſto aliq̄d ponere: fm q̄ admiratio ei cōpetē poſſit. ſ. mentē hūanā: manifeſtū eſt igit̄ ex predictis q̄ in chriſto verum corꝑ' hūanū et vera aia hūana fuit: ſic igit̄ quod Joan. dicit: verbū caro factū eſt: non ſic intelligit quaſi verbum ſit in carnem conuerſum: neq3 ſic q̄ verbum carnem ſolam aſſumpſerit: aut aiam ſenſitiuā ſine mente: ſed ſcōm conſuetum ſcripture modum ponitur pars ꝓ toto: ⁊ ſic dictuz ſit: verbum caro factum eſt: ac ſi diceretur: verbum homo factum eſt. nam ⁊ anima interdum ponit ꝓ homine in ſcriptura: dicit. n. Exo. ꝑmo. Erāt omnes anime: que egreſſe ſunt de femore Jacob ſeptuaginta: ſimiliter etiam et caro ꝓ toto hoie ponitur: dicitur. n. Iſa. 40. Videbit omnis caro pariter q̄ os domini locutum eſt: ſic igitur et hic caro ꝓ toto homine ponitur ad expumendam humane nature infirmitatem quam verbum dei aſſumpſit. Si autem chriſtus humanam carnem ⁊ humanam animam habuit ut oſtenſū ē: manifeſtū eſt animam chriſti non fuiſſe añ corꝑoris ei' conceptionē: oſtenſū ē. n. q̄ humane anime ꝓpriꝰ corꝑoribus non preexiſtunt. vñ p3 falſū eē Origenis dogma dicentis animaz chriſti ab initio ante corꝑorales creaturas cum omnibus alijs ſpūalibus creaturis creatam ⁊ a verbo dei aſſumptam ⁊ demum circa fines ſeculorum ꝓ ſalute hominum carne fuiſſe induta3.

De errore Theodori moſueſteni circa vnionem verbi ad hominem. XXXIIII.

EX ꝓmiſſis igitur apparet q̄ chriſto nec diuina nata defuit vt Ebion Cerinthus ⁊ Fotinus dixerunt: nec verū corꝑ' humanū fm errorē Manichei atq3 Valentini: nec ēt hūana aia ſicut poſuerunt Arrius et Apollinaris. His igitur tribus ſubſtantijs in chriſto ꝓuenientib'. ſ. diuinitate aia hūana ⁊ vero hūano corꝑore: circa hoz vnionez quid ſentiendū ſit fm ſcripturaz̄ documēta iq̄rēdū reſtat. Theodorus igit̄ moſueſtenus ⁊ Neſtorius eius ſectator talē ſīniaz de ꝑdicta vnione ꝓtulerūt. Dixerūt. n. q̄ aia hūana ⁊ corꝑ' hūanū nāli vnione cōuenerunt in xp̄o ad ꝓſtitutionē vni' hominis eiuſdē ſpēi ⁊ nature cū alijs hōibus: ⁊ q̄ in hoc homine deus habitauit ſicut in templo ſuo: ſcilicet per gratiam ſicut ⁊ in alijs hōibus ſanctiſ. vnde dicitur Joan. ſcō. q̄ ipſe iudeis dixit. Soluite tēplum hoc ⁊ in tribus diebus excitabo illud ⁊ poſtea euangeliſta quaſi exponens ſubdit. Ille autem dicebat de templo corꝑoris ſui: ⁊ apoſtol' Col'. primo dicit. q̄ in ipſo cōplacuit omnem plenitudinem habitare: ⁊ ex hoc conſecuta eſt viteriꝰ quedam affectualis vnio inter hominem illuz et deum dum ⁊ homo ille bona ſua voluntate ō inhesit ⁊ deus ſua voluntate illum acceptauit: ſecundum illud Joan. octauo. Qui miſit me: mecum eſt: et non reliquit me ſolum: quia que placita ſunt ei facio ſemper: vt ſic intelligatur talis eſſe vnio hominis illius ad deum qualis eſt vnio de qua apoſtolus dicit primo Corin. ſexto. Qui adheret deo vnius ſpiritus eſt: ⁊ ſicut ex hac vnione nomina que ꝓprie deo conueniunt ad homines transferuntur ut dicantur dij ⁊ filij dei ⁊ domini ⁊ ſancti ⁊ chriſti ſicut ex diuerſis locis ſcripture patet: ita ⁊ nomina diuina homini illi conueniunt vt propter dei inhabitationem ⁊ vnionem affect' dicat ⁊ de' ⁊ dei fili' ⁊ dñs ⁊ ſcūs ⁊ xp̄s: ſz tn̄ qz in illo hoie maioꝛ plenitudo gr̄ie fuit q̄ in alijs hōibus ſanctis: fuit pre ceteris tēpluz dei: ⁊ artius deo fm affectū vnitus: ⁊ ſingulari quodam priuilegio diuina nomina participauit: ⁊ propter hāc excellentiam gratie conſtitui' eſt in participatiōe diuine dignitatis ⁊ honoris: vt ſcilicz coadoꝛetur

deo: ꝛ sic ſm predicta opoꝛtet ꝙ alia ſit perſona verbi dei et alia perſona illius hois qui verbo dei coadorat: ꝛ ſi dicatur una perſona vtriuſq; : hoc erit ꝓpter vnionē affectualem predictam: vt ſic dicatur homo ille ꝛ dei verbum vna perſona: ſicꝫ dō de viro et muliere ꝙ iam non ſunt duo ſed vna caro: ꝛ qꝛ talis vnio non facit vt qō de vno dī de altero dici poſſit: non.n. quicquid conuenit viro verū eſt de muliere aut ecōuerſo. ideo in vnione v̄bi ꝛ illius hominis hoc obſeruandū putant ꝙ ea q̄ ſunt ꝓpꝛia illius hois ad hūanā nām pertinentia: de verbo dei aut de deo conuenienter dici nō poſſunt ſicut homini illi conuenit ꝙ ſit natus de virgine ꝙ paſſus mortuus ꝛ ſepultus ꝛ huiuſmodi que omnia aſſerunt de deo uel de dei verbo dici non debere: ſed quia ſunt quedam nomina que etſi deo principaliter conueniant: cōicātur tamē hominibus per aliquem modum : ſicut chriſtus dn̄s ſanctus: ꝛ etiaꝫ filius dei: de huiuſmōi nōib' ſcōm eos nihil ꝓhibet predicta predicari: cōuenienter. n. dicitur ſcōm eos ꝙ chriſtus dn̄s glie vl̄ ſanctus ſanctoꝝ vel dei filius ſit natus de virgine paſſus mortuus et ſepultus. vnde et beatam virginem non matrem dei vel verbi dei : ſed matrem chriſti nominandam eſſe dicunt. ¶ Sed ſi q̄s diligenter conſideret: predicta poſitio veritatē icarnationis excludit : non.n. ſcōm predicta verbum dei fuit homini illi vnitum niſi ſm inhabitatiōez per gratiam ex qua conſequitur vnio voluntatū: inhabitatio autem verbi dei in homine non eſt v̄bum dei incarnati . habitauit enim verbum dei et deus ip̄e in oibus ſanctis a conſtitutione mundi: ſecundum illud apoſtoli ſcōo Corin. vi. Vos eſtis templum dei viui ſicut dicit dominus: q̄m inhabitabo in illis: que tamen inhabitatio incarnatio dici non poteſt . alioquin frequēter ab initio mundi deus incarnatus fuiſſet . Nec etiam ad incarnationis rationem ſufficit ſi verbum dei aut deus pleniori gratia habitauit in illo homine : qꝛ magis ꝛ minus ſpeciem non diuerſificant vniōis: cum igitur chriſtiana religio in fide incarnatiōis fundetur: euidenter apparet qō predicta poſitio fundamentuꝫ chriſtiane religionis tollit. ¶ Preterea ex ipſo modo loquendi ſcripturarum falſitas predicte poſitōis apparet: ihabitationem eniꝫ verbi dei in ſanctis hominibus conſueuit ſacra ſcriptura his modis ſignificare : locutus eſt dominus ad Moiſen vel dicit dominus ad Moiſen : factum eſt verbum domini ad Dieremiam aut ad aliquem aliorum prophetarum: factum ē verbum domin' in manu Aggei prophete. nunquaꝫ autem legitur ꝙ verbum domini factum ſit vel Moiſes vel Dieremias vel aliquis aliorum. hoc autem modo ſingulariter vnionem dei verbi ad carnem chriſti deſignat euangeliſta dicens : Verbum caro factum eſt ut ſupꝛa expoſitum eſt: manifeſtum eſt igitur ꝙ non ſolum per modum ihabitationis verbum dei in homine chriſto fuit ſm traditiones ſcripture. ¶ Item omne quod factuꝫ eſt aliquid eſt illud quod factum eſt ſicut quod factum eſt hō: eſt hō. ꝛ qō factum eſt album: eſt albū ſꝫ v̄bū dei factū eſt homo vt ex premiſſis hēt: igitur verbum dei eſt homo: impoſſibile eſt autez ut duorum differentiū perſona aut Ipoſtaſi vel ſuppoſito vnum de altero predicetur : cum enim dicitur: homo eſt animal : id ipſū quod animal ē: homo ē: ꝛ cum dicitur : hō eſt albus: ipſe homo albus eſſe ſignatur ꝛꝫ albedo ſit extra rōez humanitatis: ꝛ ideo nullo modo dici poteſt ꝙ ſortes ſit Plato vel aliquod aliud ſingularium eiuſdem vl̄ alterius ſpecici : ſi igitur verbum caro factum eſt .i. hō vt euangeliſta teſtatur: impoſſibile ē ꝙ v̄bi dei ꝛ illi' hois ſint due ꝓſone vel due Ipoſtaſes l̄ duo ſuppoſita. ¶ Ad hec ꝓnoia demonſtratiua ad ꝓſona referūtur vel Ipoſtaſim uel ſuppoſitum: nemo enim dicēt ego curro alio currente niſi forte figuratiue vtpote ꝙ alius loco eius curreret: ſed ille hō qui dictus eſt Jeſus dicit de ſe: anteq̄ Habraā fieret ego ſum: Joan. viij. et Joan. x. Ego et pater vnum ſumus: et plura alia que manifeſte ad diuinitatem verbi pertinent: ergo manifeſtum eſt qō perſona illius hominis loquentis et Ipoſtaſis eſt ipſa perſona filij dei. ¶ Amp. ex ſuperioribus ꝓz ꝙ neqꝫ corpus chriſti de celo deſcendit ſecundum errorem Valentini: neqꝫ anima ſecundum errorē Origenis. vnde reſtat ꝙ ad verbum dei pertineat qō dicitur deſcendiſſe non motu locali: ſed ratiōe vnionis ad inferiorem naturam ut ſupra dictum eſt : ſed ille homo ex perſona ſua loquens dicit ſe deſcēdiſſe de celo Joan. vi. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi: neceſſe eſt igitur perſonam ꝛ Ipoſtaſim illius hominis eſſe perſonaꝫ verbi dei ¶ Item manifeſtū eſt ꝙ aſcendere in celum chriſto homini conuenit qui videntibus apoſtolis eleuatus eſt: vt dicitur Act. primo. deſcendere autez de celo verbo dei ꝓuenit: ſed apoſtolus dic̄ Ephe. quarto. Qui deſcendit ipſe eſt ꝛ qui aſcendit: ipſa igitur eſt perſona ꝛ Ipoſtaſis illius hominis que eſt perſona et Ipoſtaſis verbi dei. ¶ Ad hec ei q̄ originem habet ex mundo et ꝙ ñ fuit antequam eſſet in mundo : non conuenit uenire in mundum : ſed homo chriſtus ſecundum carnem originem habet ex mundo : quia verum corꝑus humanum ꝛ terrenum habuit ut oſtenſum eſt : ſm animam vero non fuit anteq̄ eſſet in mundo: habuit enim veram aiam humanam de cuius nā ē: ut non ſit anteq̄ corꝑi vniatur: relinquitur igit ꝙ hōi illi ex ſua humanitate non cōueniat venire in mundū. ipſe autem ſe dicit veniſſe in mundu. Exiui inquit a patre ꝛ veni in mundum: Jo. xvi.

manifestum est igitur id quod verbo dei cõuenit de hoie illo dr̃ vere. nã q verbo dei conueniat vẽi re in mũdũ:manifeste ostẽdit Joanes euangelista dicens. In mundo erat ⁊ mundus per ipsũ factus est:⁊ mũ.eũ ñ cog.i ꝓpa venit ⁊c.oz igit̃ psonaz ⁊ Jpostasim illius hõis loquẽtis eẽ personã ⁊ Jpo stasim verbi dei. ¶ Jtẽ apostolus dicit Hebre.x. Ingrediens mundũ dicit. hostiam ⁊ oblationem noluisti.corpus aũt aptasti mihi.igrediens autez mundũ verbũ dei est vt oñsũ est:ipsi ergo dei v̈bo corpus aptatur vt.s.sit ꝓpriũ corpus eius:quod dici non posset nisi esset eadẽ Jpostasis v̈bi dei et illi⁹ hois. oz igit̃ eẽ eandem Jpostasim dei uerbi ⁊ illi⁹ hois. Amꝑ.ois mutatio vel passio cõueni ens corpori alicuius potest attribui ei cuius é cor pus:si eniz corpus Petri vulneretur flagellet aut moriatur potest dici q Petrus vulneratur flagel latur aut moritur :sed corpus illius hominis fuit corpus verbi dei vt ostensum est:ergo omnis pas sio que in corpore illius hominis facta fuit potest verbo dei attribui:recte igitur potest dici q v̈buz dei ⁊ deus est passus crucifixus mortuus ⁊ sepul tus:quod ipsi negabant. ¶ Jtem apostolus dicit ad Hebreos secũdo. Decebat eum propter quem omnia:⁊ per quem omnia:qui multos filios i glo riam adduxerat:auctorem salutis eorum per pas sionem consumari:ex quo habetur⁹ qõ ille prop ter quẽ sunt omnia:et per quem sunt omnia:et q̃ homines in gloriaz adducit:⁊ qui est auctor salu tis humane: passus est et mortuus:sed hec quat tuor singulariter sunt dei ⁊ nulli alĩ attribuunt: dicitur eni prouerb.xvi. Uniuersa propter semet ipsum operatus est dominus:⁊ Joan.primo de v̈ bo dei dicitur: Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ in psal. Gratiam et gloriam dabit dominus:⁊ alibi. Salus autem iustorum a domino:manifestum ẽ igitur recte dici deum dei verbum esse passum et mortuum. ¶ Preterea licet aliquis homo parti cipatiõe diuini dominij dominus dici possit:nul lus homo tamen neqz creatura aliqua potest dici dominus glorie:quia gloriam future beatitudis solus deus ex natura possidet.alĩ vero per donuz gratie.vnde et psal.dicitur. Dominus virtutum ipse est rex glorie: sed apostolus dicit dominum glorie esse crucifixum.1. Corin.secũdo. Si enim cognouissent: nũquã dominum glorie crucifixis sent:vere igitur dici potest q deus sit crucifixus. ¶ Ad hec verbum dei dicitur dei filius per natu ram ut ex supra dictis pater.homo autem prop ter inhabitationem dei dicitur dei filius per grati am adoptionis:sic igitur in domino Jesu christo secundum positionẽ predictã est accipere utrũqz filiationis modum. nam verbum inhabitans est dei filius per naturam homo inhabitatus est dei filius per gratiam adoptionis.vnde homo ille nõ potest dici ꝓprius vel vnigenitus dei filius:sed solum dei verbum : quod fm ꝓprietatez natiui tatis singulariter a patre genitũ est.attribuit autẽ scripta proprio et vnigenito dei filio passionem ⁊ mortem:dicit eniz apostolus Ro.viij. Proprio filio suo non pepercit:sed pro nobis omnibus tra didit illum:⁊ Joan.tertio. Sic deus dilexit mun dum ut filium suum vnigenitum daret:ut omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitam eternam:⁊ q̃ loquatur de traditione ad mortem: patet per id qõ eadem verba supra premiserat de filio hominis crucifixo dicens :Sicut Moises ex altauit serpentem in deserto:ita oportet exaltari filium hominis vt omnis qui credunt in illuz ⁊c. ⁊ apostolus mortem christi indicium diuine dile ctionis ad mundum esse ostendit dicens Roma. q̃nto. Cõmendat suam charitatem deus in nobis quoniam cum adhuc inimici essemus christus ꝓ nobis mortu⁹ est:recte igitur dici potest q̃ vel bũ dei deus sit passus ⁊ mortuus. ¶ Jtem ex hoc di citur aliquis filĩ⁹ alicuius matris quia corpus ei⁹: ex ea sumitur licet anima non sumatur ex matre: sed ab exteriori sit.corpus autem illius hominis ex virgine matre sumptum est. ostensum est autez corpus illius hominis esse corpus filĩ dei natura lis.i.verbi dei : conuenienter igitur dicitur q̃ bea ta virgo sit mater verbi dei:et etiam dei licet diui nitas verbi a matre non sumatur:non enim opor tet qõ filius totum quod est de sua substantia a matre sumat:sed solum corpus. ¶ Amplius apo stolus dicit ad Gal.quarto. Misit deus filium su um factum ex muliere: ex quibus verbis ostendi tur qualiter missio filĩ dei sit intelligenda:eo enĩ dicitur missus quo factus est ex mulier:quod qui dem verum esse non posset nisi filius dei ante fu isset quã factus esset ex muliere:quod enim in ali quid mittitur prius esse intelligitur q̃ sit in eo in quod mittitur:sed homo ille qui est filius adopti uus secundum Nestorium non fuit antẽ q̃ natus esset ex muliere:qõ ergo dicit misit deus filium su um : non potest intelligi de filio adoptiuo: sed o portet q̃ intelligatur de filio naturali:idest ō deo dei verbo :sed ex hoc qõ aliquis factus est ex mu liere dicitur filius mulieris.deus ergo dei verbum est filius mlieris. ¶ Sed forte diceret aliquis nõ debere verbum apostoli sic intelligi q̃ dei filĩ⁹ ad hoc sit missus ut sit factus ex muliere: sed ita qõ dei filius qui est factus ex muliere ⁊ sub lege ad hoc sit missus ut eos qui sub lege erant redime ret : et secundum hoc quod dicit filium suum : non oportebit intelligi de filio naturali: sed de homine illo qui est filius adoptionis: sed hic sen sus excluditur ex ipsis apostoli verbis. ¶ Non enim a lege potest absoluere : nisi ille qui su pra legem existit : qui est actor legis. ¶ Lex

autez a deo posita est: solius igitur dei est a fratribus legis eripere. hoc autem attribuit apostol⁹ filio dei de quo loquitur: filius ergo dei de quo loquit est filius nãlis. verum ergo est dicere qõ naturalis dei filius i. deus dei verbum est factus ex muliere. ¶ Preterea idem patet per hoc qõ redẽptio hũani generis ipsi deo attribuitur i ps. Redemisti me domine deus veritatis. ¶ Ad hec adoptio filioz dei fit per spiritu⁹ sanctum fm illud Ro. viij. Accepistis spiritum adoptionis filiorum. spũs autez sanctus non est donum hominis: sed dei. adoptio ergo filiorũ nõ causatur ab homine sed a deo: cãtur autem a filio dei misso a deo et facto ex muliere: quod patet per id quod apostolus subdit: ⁊ adoptionez filiorum reciperemus: oz igitur verbũ apostoli intelligi de filio dei naturali: deus igit dei verbum factus est ex muliere idest ex virgine matre. ¶ Item Joannes dicit. Uerbum caro factuz est. non autem habet carnem nisi ex muliere. vbũ igitur factum est ex muliere: idest ex virgine mãe: virgo enim est mater dei verbi. ¶ Amplius apostolus dicit ro. nono. qõ christus est ex patribus: scõm carnem qui est super omnia deus benedict⁹ in secula. non autem est ex patribus nisi mediãte virgine. deus igitur qui est super omnia est ex virgine secũdum carnem: virgo igitur est mater dei: fm carnem. ¶ Ad hec apostolus dicit Phil. ij. ō christo Jesu: qui cũ in forma dei esset exinanuit semetipsum formã serui accipiens in similitudinem hominum factus. vbi manifestum est si fm Nestorium christum diuidamus in duos. s. in hoiem illum qui est filius adoptiuus: et in filium dei nãlez qui est verbum dei: ꝙ nõ põt intelligi ō hoie illo: ille. n. hõ si purus hõ sit nõ prius fuit i forma dei vt postmodum in similitudinem hominum fiẽt: sed magis ecõuerso: homo existens diuinitatis particeps factus est: i quo non fuit exinanitus: sed exaltatus: oz igitur ꝙ intelligatur de verbo dei qõ p̃ us fuerit ab eterno in forma dei: idest in nata dei: ⁊ postmodum exinaniuit semetipsum in similitudinem hominum factus. non potest autem intelligi ista exinanitio per solam inhabitationem verbi dei in homine Jesu christo. nam verbum dei i omnibus sanctis a principio mundi habitauit p gratiam: nec tñ dicit exinanitũ: quia deus sic suã bonitatem creaturis cõmunicat ꝙ nihil ei subtrahitur sed magis quodaz modo exaltatur secũdũ ꝙ eius sublimitas ex bonitate creaturarum appa ret: et tanto amplius: quanto creature fuerint meliores. vnde si verbum dei plenius habitauit i homine christo q̃ in alijs sanctis: minus etiam h q̃ i alijs conueniet exinanitio verbi. manifestum ẽ igitur qõ vnio verbi ad humanam naturam non ẽ intelligenda secundum solam inhabitationem v̄bi dei in homine illo vt Nestorius dicebat: sed secundum ꝙ verbum dei vere factum est homo: sic enim solum habebit locum exinanitio vt scilicet dicatur verbum dei exinanitum idest paruum factum non amissione proprie magnitudinis sed assumptione humane paruitatis sicut si anima preexisteret corpori et diceretur fieri substãtia corpea que est homo non mutatione proprie nature: sed assumptione nature corporee. ¶ Preterea manifestum est qõ spiritus sanctus in homine christo habitauit. dicitur enim Luce quarto. ꝙ Jesus plenus spiritu sãcto. regressus est a iordane: si igitur incarnatõ verbi secundum hoc solum intelligẽda est ꝙ verbum dei in homine illo plenissime habitauit: necesse erit dicere ꝙ etiam spiritus sanctus erit incarnatus: quod est omnino alienum a doctrina fidei. ¶ Ad hec manifestum est verbuz dei in sanctis angelis habitare qui participatiõe verbi intelligẽtia replentur: dicit enim apostolus Debre. secundo. Nusquã ãgelos apprehendit: sed semen Habrahe apprehendit: manifestuz est igitur ꝙ assumptio humane nature a verbo nõ est secũdum solam inhabitationem accipienda. ¶ Ad hec si fm positionem nestorij christus separetur in duos secundũ Jpostasim differentes: idest i verbum dei ⁊ hominem illum: impossibile est ꝙ verbum dei christus dicatur: quod patet tum ex modo loquendi scripture que nunq̃ ante incarnationem domini deum aut dei verbum nominat christum: tũ etiã ex ipsa nois ratõe: oĩ. n. christus quasi vnctus. christus vnctus autem intelligit oleo exultationis. i. spũ sãcto ut petrus exponit Act. iij Non ãt põt dici ꝙ verbũ dei sit vnctũ spũ sco: qa sic spũs scũs esset maior filio ut sãctificãs sãctificato: oportebit igitur qõ hoc nomen christus soluz ꝑ homine illo possit intelligi. Quare dicit aplus ad Phil. ij. Hoc sentite in uobis quod et in christo Jesu: ad hominem illum referendum est. subdit autem. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalẽ deo. verum igitur est dicere qõ homo ille est in forma idest i natura dei ⁊ equalis deo. licet autem homines dicãtur dij vel filij dei propter inhabitantem deum: nunq̃ tñ oĩ ꝙ sint equales deo: pz igit qõ homo christus nõ per solã ihabitationẽ dĩ deꝰ. ¶ Itẽ lz nomen dei ad sanctos hoies transferat ꝓpter ihabitationẽ gratie: nũq̃ tñ oia que sunt solius dei sicut creare celũ ⁊ terram aliquid huiusmodi: ō aliquo sanctorum propter inhabitationẽ gratie dĩ Christo aũt homini attribuit in quãtũ creatio: dĩ enim Hebre. iij. Lonsiderate aplm ⁊ pontificem confessionis nostre Jesum christum qui fidelis ẽ ei qui fecit illum: sicut et Moises in omni domo illius quod oportet de homine illo ⁊ non de dei v̄bo intelligi: tum qz ostensum est ꝙ fm positionez Nestorij v̄bũ dei christus dici nõ potest: tuz quia

verbum dei nō est factum sed genitum. Addit āt apl's: āpliori gloria iste pre Moise dignus hit' ē: quanto ampliorez honorem hz domus qui fabricauit illam: homo igitur christus fabricauit domum dei: quod consequenter apostolus probat: subdens. Omnis nanq̄z domus fabricatur ab aliquo. qui autem omnia creauit deus est: sic igitur apostolus probat qd̄ homo christ' fabricauit domum dei per hoc ꝙ deus creauit oīa: que ꝓbatio nulla esset: nisi christus esset deus creans oīa: sic igitur hōi illi attribuitur creatio vniuersorū qd̄ est proprium opus dei: est igitur homo christ' ipse deus ſm Jpostasim ⁊ non ratione inhabitationis tantum. Amp̄. manifestū est ꝙ homo christus loquens de se: multa diuina dicit ⁊ supernaturalia: vt est illud Joā. vi. Ego resuscitabo illuz in nouissimo die: ⁊ Joan. decimo. Ego vitaz eternam do eis: quod quidem esset summe superbie si ille homo loquens non esset secundum Jpostasim ipse deus: sed solum haberet deum inhabitātem. hoc autem homini christo nō competit qui de se dicit Mathei. xi. Discite a me quia mitis sū ⁊ humilis corde: est igitur eadem persona homīs illius ⁊ dei. Preterea sicut legitur in scripturis qd̄ homo ille est exaltatus. dicitur enim Act. ij. Dextera igitur dei exaltatus ⁊c̄. ita legitur ꝙ de' sit exinanitus Philip. scd̄o. Exinaninit semetipsum ⁊c̄. sicut igitur sublimia possunt dici de homine illo ratione unionis qd̄ sit deus ꝙ resuscitet mortuos ⁊ alia huiusmōi. ita de deo possunt dici humilia: vt qd̄ sit natus de virgine: passus: mortuus et sepultus. Ad hec relatiua tam verba q̄ pronomina idem suppositum referunt. dicit eniz apostolus Col'. primo: loquens de filio dei. Jn ipso condita sunt vniuersa in celis ⁊ in terra visibilia et inuisibilia: ⁊ postea subdit. Et ipse est caput corporis ecclesie qui est principium primogenitus ex mortuis. Manifestum est autem qd̄ hoc quod dicitur: in ipso condita sunt uniuersa: ad verbuz dei pertinet. ꝙ autē dicitur: primogenitus ex mortuis. homini christo competit. sic igitur dei verbū ⁊ homo christus sunt vnum suppositum: ⁊ ꝑ cōsequens vna persona. ⁊ oportet qd̄ quicquid dicit̄ de homine illo. dicatur de verbo dei et econuēso. Jtem apostolus dicit. i. ad Corin. viij. Unus ē dominus Jesus christus per quem oīa. manifestū est autem qd̄ iesus christus nomen illius hominis per quem omnia. conuenit verbo dei. sic igitur verbum dei et homo ille sunt unus dominus nec duo domini nec duo filij ut Nestorius dicebat: ⁊ ex hoc vlterius sequitur ꝙ verbi dei ⁊ homīs sit vna persona. Si quis autem diligenter considēt. hec Nestorij opinio quantum ad incarnationis mysterij parū differt ab opinione Fotini: qr vt̄q̄z hoiem illū deum asserebat solum ꝓpter ihabitationē gr̄e: q̄uis Fotinus dixerit ꝙ ille hō nomē diuinitatis ⁊ gloriā per passionē ⁊ bona opa meruit. Nestorius autem cōfessus est ꝙ a pricipio sue cōceptiōis huiusmodi nomē ⁊ gloriam habuit propter plenissimam habitationē dei in ipso. Circa generationem autem eternam uerbi multum differebant. nam Nestorius eam confitebatur. Fotin' vero negabat omnino.

Contra errorē euticetis. XXXV.

Quia ergo sicut multipliciter oñsum est. ita oz. mysteriū icarnationis intelligi ꝙ v̄bi dei et hominis sit vna eadēque ꝑsona: relinquitur tamē q̄dā circa huius ueritatis considerationē difficultas. naturā enim diuinā necesse est ut sua ꝑsōalitas consequatur. Similiter autem uidetur: ⁊ de humana natura. Nam omne ꝙ subsistit in itellectuali uel rationali natura habet rationem persone. unde nō uidetur esse possibile ꝙ sit una persona et sint due nature diuia et humana. Ad huius autem difficultatis solutionē diuersi diuersas positiones attulerunt. Eutices. n. ut unitatem persone ꝯtra Nestoriū ſuaret in xp̄o: dicit in xp̄o esse etiā unā naturā ita ꝙ q̄uis ante unionē eēnt due nature distincte diuina et hūana. i unione tñ coierūt in unā naturā. ⁊ sic dicebat xp̄i ꝑsonam ex duabus naturis esse nō aūt ex duabus naturis subsistere. ꝓpter quod in Calcedonensi synodo ē ꝯdēnatus. Huius aūt positionis falsitas ex mltis apparet. oñsū. n. est supra ꝙ in xp̄o Jhū ⁊ corpus fuit ⁊ aīa rational' ⁊ dīnitas. et maifestū est ꝙ corpus xp̄i etiā post unionē non fuit ipsa uerbi dītas Nā corp' xp̄i etiam post unionem passibile fuit et corporeis oculis uisibile et liniamētis membrorum distinctum. que omnia aliena sunt a diuinitate uerbi ut ex superioribus patet similit̄ etiam anima christi post unionez aliud fuit a diuinitate uerbi. quia anima christi etiam post unionē passionibus tristicie et doloris et ire affecta fuit que etiam diuinitati uerbi nullo modo conuenire possunt ut ex premissis patet. anima autem hūana et corpus constituunt humanam naturam. sic igitur etiam post unionem. humana natura in christo fuit aliud a diuinitate uerbi que ē natura diuina. Sunt igitur in christo etiam post unionē due nature. Jtem natura est secundum quam res aliqua dicitur res naturalis. dicitur autem res naturalis ex hoc quod habet formam sicut et res artificialis. Non enim dicitur domus antequam habeat formam artis. et similiter non dicitur equus antequā habeat formam nature sue. forma igitur rei natural' est eius natura. oportet

¶ dicẽ q̄ in christo sint due forme ẽt post vnionẽ dicit enim apostolus Philip. secundo de christo Jesu qō cum in forma dei esset formam serui accepit. Non autem potest dici qō sit eadem forma dei et forma serui: nihil enim accipit quod iã hz: ꝛ sic si eadez ẽ forma dei ꝛ fōa serui cū iam fōaz dei habuisset nō accepisset fōaz serui: neq; iterū pōt dici q̄ forma dei i xp̄o p̄ vnionẽ sit corrupta qz sic xp̄us post vnionẽ nō eẽt deus: neq; iterum pōt dici q̄ forma serui sit corrupta in vnione qa sic nō accepisset formã serui. Sed nec dici pōt q̄ forma serui sit p̄mixta fōe dei: qz que p̄miscẽt nō manẽt itegra sed ptim vtrūq; corrumpit: vnde ñ diceret q̄ accepisset formã ꝑui sed aliq̄d eius: ꝛ sic oz dici ꝑm uerba apli q̄ in xp̄o etiam p̄ vnionem fuerūt due forme: ergo due nature. ¶ Amp̄. nomẽ nature p̄mo impositū ẽ ad signandū ipam generationẽ nascẽtium: ꝛ ex inde trãslatum est ad signandū p̄ncipiū generationis hmōi: ꝛ inde ad signandū p̄ncipiū motus intrinsecum mobili ꝛ qa hmōi p̄ncipium ẽ mã uel forma: vlterius nã dicit forma uel mã rei natalis hñtis in se p̄ncipiuz motus: ꝛ qz forma ꝛ mã ꝓstituũt eẽntiaz rei nata tal extensiũ est nomẽ nate ad significadũ eẽntiã cuiusc̄ cūq; rei in nata existẽtis ut sic nata alicuius rei dicatur eẽntia quã significat diffinitio: ꝛ hoc modo h̄ de natura ẽ q̄stio: sic.n. dicim⁹ hũanam naturã eẽ in xp̄o ꝛ dinã: si igit ut Eutices posuit hũana nã ꝛ dina fuerunt due ante vnionem sed ex eis in vnione ꝓflata ẽ vna natura: oz hoc eẽ aliquo modorum ꝑm quos ex multis natũ est vnuz fieri. Fit aũt vnũ ex multis vno q̄dem mō ꝑm ordinẽ tãtũ sicut ex multis domib⁹ fit ciuitas: ꝛ ex milᵗis militibus fit exercit⁹. Alio modo ordie ꝛ ꝓpone: sicut ex ptibus dom⁹ cõiunctis ꝛ p tecti colligationem domus fit sed hi duo modi nõ cõperunt ad ꝓstitutionẽ vnius nature ex pluribus: ea igitur q̄ruz forma ẽ ordo uel ꝓpositio nõ sũt res naturales ut sic eoz vnitas possit dici vnitas nature. ¶ Tertio modo ex pluribus fit vnũ p ꝓmixtiõnẽ: sicut ex q̄tuor elemẽtis fit corpus mixtũ: hic etiã mod⁹ nullo modo ꝓpetit ad ꝓpositũ: primo q̄dẽ qz mixtio nõ est nisi eorum que cõicant in matia ꝛ que agẽ ꝛ pati ad inuicẽ nata sũt: quod q̄dez hic esse non pōt: oñsum ẽ.n. in p̄mo libro q̄ deus immãlis et dino impassibilis ẽ. Secũdo qz ex his quoz vnũ multũ excedit aliud mixtio fieri nõ pōt: si quis.n. guttam vini mittat in mille ãphoras aq̄: nõ erit mixtio sed corruptio vini: ꝑpt qō etiã nec ligna in fornace ignis missa dicimus miscẽri igni sed ab igne cõsumi ꝑpter excellentem ignis vtutez: dina aũt natura i ifinitũ hũanam excedit: cum virtus dei sit infinita ut in p̄mo oñsum ẽ: nullo igit mō posset fieri mixtio vtriusq; nature. Tertio q̄a dato q̄ fieret mixtio neutra natura remaẽt saluata miscibilia.n. in mixto nõ saluant si sit vã mixtio: facta igitur p̄mixtiõe vtriusq; nature diuine. ſ. ꝛ humãe: neutra nata remanẽt sed aliq̄d ẽtiũ: et sic xp̄us nõ esset de⁹ neq; hõ. nõ igit sic pōt intelligi quod Eutices dixit ante vnionẽ fuisse duas natas post vnionẽ vo vnã i dño Jesu xp̄o q̄i ex duabus nãis sit ꝓstituta una nã. relinquit ꝑ q̄ h̄ itelligatur hoc mō q̄ altera tm̄ earũ p⁹ vnionẽ remãsit: aut igitur fuit in xp̄o sola nã dina: ꝛ id qō videbatur in eo hũanũ: fuit fantasticũ ut Maniche⁹ dixit: aut dina nã cõuersa ẽ in hũanã nãz: ut Apollinaris dixit ꝺ q̄s supra disputauim⁹. reliq̄t igit hoc eẽ impossibile añ unionẽ fuisse duas nãs in xp̄o: p⁹ vnionẽ vo vnã. ¶ Amp̄. nũq̄ iuenit ex duab⁹ nãis manẽtib⁹ fieri una eo q̄ quelibet nã ẽ qōdã totũ. ea vo ex quib⁹ aliquid ꝓstituit cadunt in rōez partis. vñ cũ ex aia ꝛ corpe fiat unũ: neq; corp⁹ neq; aia nã dici pōt sicut nunc loquimur de nã: qz neutrũ hz spẽm cõpletã: sz vtrūq; ẽ ps vni⁹ nãe: cũ igz nã hũana sit q̄dã nã cõpleta ꝛ silr nã dina: impossibile ẽ q̄ ꝓcurrãt i unã naturã nisi vel utraq; alia corrũpat qō eẽ ñ pōt cũ ex supra dictis pateat unũ xp̄m ꝛ uerꝫ deũ et verꝫ hoiez eẽ: impossibile ẽ igit in xp̄o vnã eẽ tm̄ nataz. ¶ Itẽ ex duob⁹ manentibus: una natura cõstituit ul sicut ptib⁹ corpalib⁹ sicut ex membris ꝓstituit aial: qō hic dici non pōt cum dina nata ñ sit aliq̄d corporeũ ul sicut ex materia ꝛ fōa ꝓstituit aliq̄d vnũ: sicut ex aia ꝛ corpe aial: qō ẽt ñ pōt i ꝓpsito dici: oñsũ ẽ.n. i p̄mo libr. qō deus neq; materia est neq; alicuius fōa esse pōt: si igitur christus est verus deus et uerus homo ut ostensum est: impossibile est qō in eo sit una natura tantum. ¶ Ad hec subtractio uel additio alicuius essentialis principiꝫ variat speciem rei: ꝛ p consequens mutat naturam: que nihil est aliud q̄ essentia quam significat diffinitio ut dictum est: ꝛ propter hoc videmus qō differentiaz specifica addita uel subtracta diffinitioni facit differre sc̄m speciem: sicut animal rationale ꝛ ratione carens specie differunt: sicut ꝛ in numeris vnitas addita uel subtracta facit aliam: ꝛ aliam speciem numeri. forma autem est essentiale principium: omnis igitur forme additio facit aliam speciem ꝛ aliam naturam: sicut nunc loquimur de natura: si igitur diuinitas vbi addat hũane nature sicut forma faciet aliã naturã: ꝛ sic xp̄s ñ erit hũane nate: sed cuiusdam alterius sicut corpus animatum est alterius nature q̄ id quod est corpus tm̄. ¶ Ad hec ea que non cõueniunt in natura non sũt filia: ꝑm spẽm ut hõ ꝛ equ⁹. si ãt natura christi sit composita ex diuina ꝛ humana: manifestum est q̄ nõ erit natura christi in alijs hominib⁹: ergo nõ erit filis nobis ꝑm spẽm: qō est ꝺ apostolum dicẽtem: Hebre. ij. q̄ debuit per omnia fr atribus assimilari. ¶ Preterea ex fōa ꝛ mã lẽp cõstituit una spẽs

que est predicabilis de pluribus actu uel potētia: ꝙtuz est de rōne ſpēi: ſi igitur humane nature diuina natura quaſi forma aduenīat: oportebit ꝙ ex cōmixtione utriuſqz quedā cōis ſpes reſulter: que ſit a multis participabilis: qō pz eſſe falſum: non.n. eſt niſi unus ieſus xp̄s deus ⁊ hō: non igit̄ diuina ⁊ humana nā i xp̄o conſtituerunt unā naturā. ¶ Amp̄. hoc ēt vī a fide alienum eſſe qō Eutices dixit ante unionem i xp̄o fuiſſe duas nās: cū n. humana nā ex aīa ⁊ corpore conſtituatur: ſeq̄t ꝙ uel aīa uel corpus aut utrūqz añ xp̄i icarnationem fuerit: qō per ſupradicta pz eſſe falſū: eſt igitur fidei contrarium dicere ꝙ añ unionem fuerīt due nature xp̄i: ⁊ poſt unionē vna.

¶ De errore Macharij antiocheni ponētis vnā tm̄ uoluntatem i xp̄o. XXXVI.

Vere āt in idez redire vī ⁊ Macharij antiocheni poſitio dicentis in xp̄o eſſe unam tāturz operationē ⁊ uoluntatem. Cuiuſlibet.n. nature ē aliqua operatio propria: nā forma eſt operatiōis p̄ncipiū: ſcōm quā unaquecz nā hz propriā ſpēz: vnde oz ꝙ ſicut dīſarū nārum ſunt diuerſe forme ita ſint ⁊ dīſe actiones: ſi igitur in xp̄o ſit una tm̄ actio: ſequitur ꝙ i eo ſit una tm̄ nā: qō eſt Eutices ane hereſis: reliquitur igitur falſū eſſe ꝙ i xp̄o ſit vna tm̄ operatio. ¶ Item in xp̄o eſt dīna nā perfecta: per quam conſubſtātialis eſt patri: ⁊ humana nā perfecta ſcōm quā eſt unius ſpēi nobiſcuz: ſed de perfectione diuine nāe eſt uoluntatē hēre: vt in primo libro oñſum eſt: ſilr ēt de perfectione hūane nature eſt ꝙ hēat uoluntatem per quā eſt hō liberi arbitrij: oz igitur i xp̄o eſſe duas uolūtates. ¶ Adhuc uoluntas eſt una pars potentialis aie hūane ſicut ⁊ itellectus: ſi igitur i xp̄o non fuit alia uoluntas preter uoluntatē verbi: pari rōne nec fuit i eo itellectus preter itellectum verbi: ⁊ ſic redibit poſitio Apollinaris. ¶ Amp̄. ſi i xp̄o fuit tm̄ una uoluntas: oz ꝙ i eo fuerit ſolum uoluntas diuina: non.n. verbum voluntatē dīnam quā ab eterno hūit amittere potuit: ad uoluntatē aūt diuinā non pertinet meꝛeri: qꝛ meritum eſt alicuius i perfectionē tendentis: ſic igitur xp̄s nihil necq ſibi necq nobis ſua paſſione meruiſſet: cui' cōtrarium docet apl's Phil.ij. dicens. Factus ē obediēs p̄ri uſqz ad mortē: propter qō ⁊ deus exaltauit illum. ¶ Pre. ſi i xp̄o voluntas hūana nō fuit ſequitur ꝙ necz ſm nām aſſūptā liberi arbitrij fuit: nā ſm uoluntatē eſt hō liberi arbitrij: ſic igit̄ non agebat xp̄s hō ad modū hoīs ſed ad moduz alioꝛum aialiuz: que libero arbitrio carent: nihil igitur i eius actibus uirtuoſū ⁊ laudabile aut nobis imitādū fuit: fruſtra igitur dicit Mat. xi. Diſcite a me: qꝛ mitis ſuz ⁊ humilis corde: ⁊ Jo. xiij. Exemplū dedi uobis: vt quēadmodū ego feci: ita ⁊ vos faciatis. ¶ Adhuc i uno hoīe puro q̄uis ſit ſuppoſito unus: ſunt tm̄ plures ⁊ appetitus et operationes ſm diuerſa nālia p̄ncipia: nā ſm rōnalem partem ineſt ei uoluntas: ſm ſenſitiuā eſt ei iraſcibilis et cōcupiſcibilis: ⁊ rurſus nālis appetitus p̄ñs uires nāles: ſilr autē ⁊ ſm oculū uidet: ſm aurē audit: pede ambulat: ligua loquitur: et mente itelligit: que ſunt opationes dīſe ⁊ hoc iō ē qꝛ operatiōes nō multiplicātur ſolū ſm dīſa ſubiecta opatiua: ſed ēt ſz dīſa p̄ncipia: quibus unū ⁊ idem ſubiectum operatur: a quibus ēt operationes ſp̄em trahunt: dīna uero nā multo plus diſtat ab humana ꝙ nālia p̄ncipia humane nāe ab inuicem: eſt igitur alia ⁊ alia uoluntas ⁊ opatio diuine ⁊ humane nāe in xp̄o: lz ipſe xp̄s ſit i utra qz nā unus. ¶ Item ex auctoꝛitate ſcripture manifeſte oñditur i xp̄o duas uoluntates fuiſſe: dic̄ n. ipſe Jo. vi. Deſcendi de celo non vt faciaz uolūtatem meam: ſed uoluntatē eius qui miſit me. Et Luce. xxij. Non mea uoluntas ſed tua fiat: ex q̄bus pz ꝙ i xp̄o fuit quedaz uoluntas ꝓpria ei' p̄ter uolūtatē p̄ris: manifeſtū eſt āt ꝙ in eo fuit uoluntas quedam cōis ſibi ⁊ p̄ri: p̄is. n. ⁊ filij ſicut ē vna nā: ita ēt eſt una uoluntas: ſi igit̄ in xp̄o due voluntates. Idem āt ⁊ de opationibus pz: fuit. n. in xp̄o una operatio ſibi ⁊ p̄ri cōis: cuz ipſe dicat Jo. v. Quecunqz pater facit: hec ⁊ ſilr filius fac̄. Eſt āt i eo ⁊ alia operatio que non conuenit p̄ri: vt dormire eſurire comedere ⁊ alia huiuſmodi: que xp̄s humanitus fecit uel paſſus eſt: vt euangeliſte tradunt: non igitur fuit in xp̄o una tm̄ operatio. ¶ Videtur āt hec poſitio ortum habuiſſe ex hoc ꝙ eius auctoꝛes neſcierūt diſtiguere inī id qō eſt ſimplr unū ⁊ ordine unū: viderūt. n. uolūtatē hūanā i xp̄o oīo ſub uolūtate dīna ordiatā fuiſſe ita ꝙ nihil voluntate hūana xp̄s voluit niſi ꝓz ꝙ eum velle voluntas dīna diſpoſuit: ſimiliter etiaz nihil xp̄s ſecundū humanā nām operatus eſt vel agendo vel patiendo niſi ꝙ voluntas dīna diſpoſuit ſcōz illud Jo. viij. Que placita ſunt ei: facio ſp. Humana etiam operatio xp̄i quādam efficatiam dīnam ex vnīōe dīnitatis cōſequebatur: ſicut actio ſecundarij agentis conſequitur efficatiam quandam ex principali agente ex hoc contingit ꝙ quelibet eius actio vel paſſio fuit ſalubris: ꝓpter quod Dyo' humanā xp̄i operationem vocat theandꝛicā. i. dei vtilem: ⁊ etiam quia eſt dei ⁊ hoīs. Videntes igitur hūanam voluntatē ⁊ opationez xp̄i ſub diuina ordinari ifallibili ordine iudicauerunt in xp̄o eſſe tm̄ voluntatem ⁊ opationez vnā q̄uis non ſit idem ut dictum eſt ordinis vnum ⁊ ſimpliciter vnum.

Cõtra eos qui dixerũt ex aĩa ⁊ corpore non eẽ aliquid vnũ ꝓstitutũ i xp̃o. XXXVII.

EX premissis igitur manifestuz est ꝙ i xp̃o est tm̃ una persona ꝑm fidei assertionem ⁊ due natu re contra id qõ Nestorius ⁊ Eutices posuerunt. Sed quia hoc alienũ vr̃ ab his que naturalis rõ experitur: fuerunt quidã posteriores talez de uni one positionem asserentes: qz. n. ex unione aie et corpis ꝓstituit hõ: sz ex hac aĩa ⁊ ex hoc cõpe hic hõ qõ p̃t hyspostasiz l' psonã hypostasiz ⁊ psonã designat: uolẽtes. n. euitare ne cogerẽt i xp̃o ponẽ aliquã hypostasiz uel psonã vbi: dixerũt ꝙ aĩa ⁊ corpus non fuerunt unita i xp̃o: nec ex eis aliqua substantia fĩa est: ⁊ per hoc Nestorij hereslm uitare uolebant. Rursus qz hoc ipossibile uidetur: ꝙ aliquid sit substantiale alicui: ⁊ nõ sit de nã eiꝰ quam prius hũit absqz mutatione ipsius: verbuz ãt oio imutabile est: ne cogerentur ponere aĩaz ⁊ corpus assũpta pertinere ad nãm verbi quam habuit ab eterno: posuerunt ꝙ uerbum assumpsit aĩam humanam ⁊ corpus mõ accidentali: sic̃ hõ assumit idumentum per hoc errorem Eutices excludere uolentes. Sed hec positio oio doctrie fidei repugnat: aĩa. n. ⁊ corpus sua unione hoiem constituunt: forma. n. materie aduenies spez cõstituit: si igit̃ aĩa ⁊ corpus non fuerint in xp̃o unita: xp̃s non fuit hõ contra ap̃lm dicentem. i. ad Thimo. ij. Mediator dei ⁊ hoium hõ xp̃s iesus. Jtem unusquisqz nostrũ ea rõne homo dicit qz est ex aĩa rõnali constitutus: si igitur xp̃s nõ ea rõne dr̃ hõ: sed solum qz habuit aĩam ⁊ corpus: lz non unita: equiuoce dicetur hõ: ⁊ non erit eiusdem spei nobiscum: contra ap̃lm dicentez hebre. ij. ꝙ debuit per oĩa fratrib' assimilari. Adhuc non omne corpus pertinet ad humanam nãm sz solum corpus humanũ: non ãt est corpus humanũ: nisi qõ est per unionem aie rõnalis uiuificatiꝫ neqz. n. oculus aut manus aut pes uel caro ⁊ os aĩa separata dicuntur nili equiuoce: non igit̃ poterit dici ꝙ uerbũ assũpsit nãm humanam: si corpus aie non unituz assũpsit. Amp̃. aĩa humana nãliter unibilis est corpori: aĩa igitur que nun q̃ corpori unitur ad aliquid constituendum non est aĩa humana: qz qõ est preter nãm non potest esse sp: si igitur aĩa xp̃i non est unita corpori eius ad aliquid constituendum: relinquitur ꝙ non sit aĩa humana: ⁊ sic in xp̃o non fuit humana natura. Preterea. si uerbum vnitum est anime et corpori accidentaliter sicut indumento: natura humana non fuit natura uerbi: verbum igitur post unionem non fuit subsistẽs in duabus naturis: sicut neqz homo idutus dr̃ in duabus naturis subsistere: qõ qz Eutices dicit in Calcidonensi synodo est dãnatus: Jtem idumenti passio non refertur ad indutum: nõ. n. dr̃ hõ nasci qñ induit neqz vulnerari si uestimentũ laceretur: si igit̃ uerbũ assumpsit aĩam ⁊ corpus sicut homo idumẽtũ: non poterit dici ꝙ deus sit natus aut passus ꝓpter corpus assumptum. Adhuc si uerbuz assũpsit humanam naturã solum ut idumentum: quo posset hoium oculis apparere frustra aĩam assumpsisset: que scõm suam nãm inuisibilis est. Amp̃. scõm hoc non aliter assũpsisset filiꝰ carnem humanã q̃ spus sanctus columbe spem in q̃ apparuit: qõ pz esse falsũ: nam spus sanctus non dr̃ factus colũba neqz minor pre scõm nãm assũptam. Jtem si quis diligenter cõsideret ad hanc põnem: dr̃arum heresum inconuenientia sequũtur. Ex eo. n. ꝙ dicit filiũ dei unitũ aie ⁊ carni accidentali modo sicut hoiem uestimẽto: conuenit opioni Nestorij qui scõm inhabitationem uerbi dei hanc in hoie unionem esse factã asseruit: non n. deum esse indutũ põt intelligi per tactũ corporeum sed solum per gr̃iam inhabitantem. Ex hoc ẽt ꝙ dixit accidentalẽ unionem uerbi ad aĩam et carnem humanam sequitur ꝙ uerbum post unionem non fuit subsistens in duabus naturis: qõ Eutices dixit: nihil. n. subsistit i eo qõ sibi accidẽ taliter unitur. Ex eo uero ꝙ dicit aĩam ⁊ carnem non uniri ad aliquid constituendũ: conuenit partim quidez cũ Arrio ⁊ Apollinari qui posuerũt corpus xp̃i non aiatum anima rõnali: ⁊ partim cum Manicheo qui posuit xp̃m non uerum hominẽ sed fantasticũ fuisse. Si. n. anima non ẽ unita carni ad alicuius constitutionem: fantasticum erat: qõ uidebatur in xp̃o sil'r alijs hominibus ex vnione anime ⁊ corporis constituti. Sumpsit ãt hec positio occasionem ex uerbo ap̃li dicentis Phil. ij. habitu inuentus ut hõ: non. n. intellexerũt hoc scõm metaphoram dici: que ãt metaphorice dicuntur: non oz scõm omnia similia esse: bz igitur natura humana assũpta quandã indumẽti similitudinem in quantum uerbũ per carnem uisibilẽ uidebatur: sicut homo uidetur per indumentũ: non ãt q̃tum ad hoc ꝙ unio uerbi ad hũanã nãm in xp̃o fuerit modo accidentali.

Contra eos qui ponunt duo suppo sita uel duas hypostases in una per sona christi. XXXVIII.

HAnc igitur positionem ꝓpter predicta inconuenientia alij quidem uitantes posuerunt ex anima ⁊ carne in dño iesu xp̃o unam substantiam constitutã eẽ, s. hoiem quẽdam eiusdez spei

alīs hoībus: quem quidē hoiem unitum dicunt uerbo dei nō quidem i natura sed in persona: ut s. sit una persona uerbi dei ⁊ illius hois: sed quia hō ille quedam idiuidua substantia ē: qō est esse hypostasim et suppositū: dicunt quidā i xp̄o esse aliam hypostasim illius hois et verbi dei: ꝛ unaꝫ personam utriusqꝫ: rōne cuius unitatis dicūt uerbum dei de hoie illo predicari ⁊ hoiem illum de verbo dei: vt sit sensus: verbū dei est hō. i. persona verbi dei est persona hois ⁊ econuerso: ⁊ hac rō ne quicquid de verbo dei predicatur: dicūt de homine illo posse predicari ⁊ econuerso cuꝫ quadā tñ replicatione ut cū dr: deus est passus: sit sēsus: hō qui est deus ꝓpter unitatē persōe est passus ⁊ hō creauit stellas. i. ille qui est hō. Sed hec positio de necessitate in errorem Nestorij dilabitur: si n. dūa persone et hypostasis attendatur: ꝟuenitur persona esse non alienum ab hypostasi: sed q̄daꝫ pars eius: nihil. n. aliud est persona q̄ hypostasis talis nature. s. rōnalis: qō ꝓz ex diffinitiōe Boetij dicentis q̄ persona ē rōnalis nature idiuidua substantia: ex quo ꝓz q̄ ꝛz non ois hypostasis sit persona ois tñ hypostasis humane nature persona ē si igitur ex sola uniōe aie ⁊ corꝑis cōstituta est in xp̄o quedā substantia particularis: que est hypostasis. s. ille hō: sequitur q̄ ex eadē unione sit cōstituta persona: sic igitur in xp̄o erunt due persone: vna illius hois de nouo constituta: et alia eterna uerbi dei: qō est nestoriane impietatis. Item ⁊ si hypostasis illius hois non posset dici persona: tñ idē est hypostasis uerbi dei qō persōa: si igitur hypostasis uerbi dei non est illius hois neq; etiā persona uerbi dei erit persona illius hois: ⁊ sic fꝫ erit quod dicunt q̄ persona illius hois est persōa uerbi dei. Adhuc dato q̄ persona esset aliud ab hypostasi uerbi dei uel hois ñ posset alia dūa ꝟuenirī: nisi q̄ persona supra hypostasim addit ꝑ prietatem aliquam: nihil. n. ad genus substantie pertinens addere pōt: cum hypostasis sit completissimū i genere substantie: qō dr substantia ꝑma: si igitur vnio fc̄a est ꝑm personam ⁊ non ꝑz hypostasim: sequitur q̄ nō sit facta unio nisi ꝑz aliquā ꝓprietatem accīntalem: qō iterum redit i errorem Nestorij. Amp̄. Cirillus dicit i epla ad Nestoriuꝫ que est in effesina approbata synodo. Si q̄s non confitetur carni ꝑm subsistentiam unitū ex deo patre uerbum unūq; esse xp̄m cū sua carne: eundem uidelicet deū simul ⁊ hoiem anathema sit: ⁊ fere ubiq; in synodalibus scriptis hoc errori Nestorij deputat q̄ posuit duas i xp̄o hyphostases. Preterea Damascen' in. iij. li. dic̄ Ex duab' naturis pfectis dicimus esse factam vnionē non secūdū p̄so: hicā. i. personalem vt dei iimic' dicit Nestorius ꝑz secūduꝫ hypostasim: vnde ꝓz exp̄esse q̄ hec fuit positio Nestorij confiteri vnā p̄sonā ⁊ duas hypostases. Itē hypostasis ⁊ suppositū oportꝫ idē ee: nā de ꝑma substātia que est hypostasis dia alia predicant. s. ⁊ vlia in genē substātie ⁊ accīntia ꝑz ꝑhm in predicamētis: si igitur in xp̄o nō sint due hypostases ꝑ ꝓns neq; duo suppositā. Adhuc si verbū ⁊ hō ille suppositō differunt oportꝫ q̄ suppositō hoie illo non supponat v̄bū dei nec econuerso ꝑz distinct' suppositi necesse est et ea que de ipsis dicunt distingui: nā suppositō hominis nō subueniūt p̄dicta dina nisi ꝓpter v̄bum neq; econuerso seperati igit̄ accipienda erunt que ō xp̄o in scripturis. dicūtur dina. s. et humana: qō est ꝓtra sniam Cirilli in synodo ꝓfirmatā dicentis Si quis psonis duabus v' subsistētijs vel eas que sunt i euāgelicis ⁊ aplicis scripturis ipartit voces aut de xp̄o a scis dictas aut ab ipso de se ⁊ q̄sdaꝫ q̄dem velut hoi ꝓter illud ex deo verbū spāliī itel lecto applicat: q̄sdā vō velut deo docibiles soli ex deo pie verbo anathema sit. Amp̄. fꝫ pōnē predictā ea que verbo dei ꝟueniūt ꝑ nām de illo homine non dicerentur nisi ꝑ quandā associationē in vna psona hoc. n. signat replicatio interposita cū sic exponūt: hō ille creauit stellas. i. filꝰ dei qui est hō ille: ⁊ sic de alīs hmōi: vñ cum dr hō ille ē deꝰ: sic intelligitur hō ille verbo eius deus existit hmōi aūt locutiones ꝓdēnat Cirillus dicēs. Si quis audet dicere assūptū hoiem adorari oportere dei v̄bo ꝓglorificari ⁊ coappellari deum q̄ alterum alterius. id. n. quod est semper quotiens additur hoc intelligi cogit: ⁊ non magis vna adoratione honorificat emanuelē ⁊ vnā ei glorificatiōē adhibet ꝑm q̄ factuꝫ est caro v̄bū: anathema sit. Pre. si hō ille suppositō est aliud a dei uerbo nō pōt ad personam uerbi pertinere nisi per assūptionē qua assūptus est a uerbo: sed hoc est alienū a recto sensu fidei: dr. n. in Effesina synodo ex uerbis felicis pape ⁊ martyris. Credimus in deū nr̄z Jesum de uirgine Maria natum: q̄ ipse est dei sē piternus filius ⁊ uerbum ⁊ nō hō a deo assumptus. vt alī sit preter illum: neq;. n. hoiem assūpsit dei filius: ut sit alter preter ipsuꝫ: sed deus exīs ꝑ sectus factus sit' et hō perfectus icarnatus de uirgine. Item que sunt plura suppositō: simplr plura sunt: nec sunt unum nisi ꝑz quid: si igitur i xp̄o sunt duo suppositā: sequitur q̄ sit simplr duo et non sit unum nisi scōm quid: qō est soluere ieiūnium: q̄ unūqōq; i tñ est: i q̄tum unum est: qō igitur non est simplr unum: nō est simplr ens.

Quid fides catholica sētiat de icarnatione christi. XXXIX.

EX supradictis igitur manifestum est: q̄ scōm catholice fidei traditionem oꝫ dicere q̄ i xp̄o sit

vna nã diuina perfecta: ⁊ humana natura perfecta ex aĩa. ſ. rõnali ⁊ humana carne cõſtituta: ⁊ q̃ he due nãe unite ſunt in xp̃o non per ſolã inhabitationem neq; accñtali mõ: vt hõ unitur uestimẽto neq; i ſola perſonali hitudine et ꝓprietate ſz ſcõz vnam hypoſtaſim et ſuppoſitum vnũ: hoc. n. ſolum mõ ſaluari pñt ea que i ſcripturis circa icarnationem traũdtur: cũ. n. ſcriptura ſacra idiſticte que ſunt dei hõi illi attribuat ⁊ que ſunt illi⁹ hominis deo ut ex premiſſis pz: oz unum et eundem eſſe: de quo utraq; dicantur: ſz qz oppoſita de eo dẽ ſcõm idem dici uere non pñt: dina ãt ⁊ humana que de xp̃o dicuntur: oppoſitionẽ hñt: vtpote paſſum ⁊ ipaſſibile: mortuũ ⁊ imortale ⁊ cetera h⁹ ncẽe eſt q̃ ſcõm aliud et aliud dina ẽt humana predicẽtur de xp̃o: ſic igitur q̃tum ad id de quo vtraq; predicantur: non eſt diſtinctio facienda: ſed iuenitur unitas: q̃tum ãt ad id ſcõm qõ predicãt diſtinctio eſt facienda: nãles ãt ꝓprietates predicãtur de unoquoq; ſm eius nãm: ſicut de hoc lapide ferri. deoꝛ ſum ſm nãm grauitatis: cum igitur aliud ⁊ aliud ſit ſm q̃ diuina ⁊ humana predicãtur de xp̃o: ncẽe eſt dicere i xp̃o eſſe duas nãs icõfuſas ⁊ ipermixtas: id ãt de quo predicãtur ꝓprietates nãles ſm nãm ꝓpriam ad gen⁹ ſubſtantie ꝑtinentem eſt hypoſtaſis ⁊ ſuppoſitum illius nãe: qz igitur indiſtinctum eſt ⁊ unũ id de quo humana ⁊ dina predicantur circa xp̃z: ncẽe ẽ dicere xp̃z eſſe unam hypoſtaſim et unũ ſuppoſitum humane ⁊ diuine nãe: ſic. n. uere ⁊ proꝑie de hoie illo p̃dicabuntur dina ſm hoc q̃ hõ ille ꝑtat ſuppoſitum nõ ſolũ humane nãe ſed diuine ⁊ econuerſo de uerbo dei predicantur humana in q̃tuz eſt ſuppoſitum humane nature. Ex quo ẽt pz q̃ lz filius ſit incarnatus: non tñ oz pẽm uel ſpm ſãctũ eſſe incarnatum: cũ icarnatio non ſit facta ſcõm vnionem in nã: in qua tres perſone diuine conueniũt ſed ſm hypoſtaſim et ſuppoſitum: put tres perſone diſtinguntur: ⁊ ſic ſicut in trinitate ſunt plures perſone ſubſiſtentes in una nã: ita i myſterio incarnationis eſt una perſona ſubſiſtens i pluribus naturis.

Obiectiones contra fidem icarnationis. XL.

le peccatum: vt undecima rō proponebat: sed in
quantum homo generans est naturale generatio
nis principium infectio originalis peccati: quod
naturam respicit in eo manet et in actu generati
onis ipsius. ¶ Sciendum etiam est ꝙ peccatum
actuale primi hominis in naturam transiuit: ꝺa
natura in eo erat beneficio nature prestito adhuc
perfecta: sed per peccatum ipsius nature hoc be
neficio destituta actus eius simpliciter naturalis
fuit. Unde non potuit satisfacere pro tota na
tura: neque bonum nature reintegrare per suum
actum: sed solum satisfacere aliquatenus potu
it pro eo quod ad ipsius personam spectabat: ex
quo patet solutio ad duodecimam rationem. ¶
Similiter autem et ad decimamtertiam: quia
peccata posteriorum parentum inueniunt natu
ram destitutam beneficio primitus ipsi nature ꝓ
cesso: vnde ex eis non sequitur aliquis defectus q̄
ꝓpaget i posteros sz solū q̄ ꝑsonā peccātis ificiūt

sic igitur non est incõueniens neq; contra rõnem pcẽm originale in hoibus esse: ut pelagianorũ hereses cõfundatur: que pcẽm originale negauit.

Rõnes quibus vĩ probari q̃ non fuit cõueniens deum icarnari. LIII.

Alia uero icarnationis fides ab infidelibus stulticia reputatur ꝓm illud apli. i. Cor. p. Placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes: stultum ãt vĩ aliquid predicare non solum qr est ipossibile sed ẽt qr est indecens: ut sic infideles ad incarnationis ipugnationem non solum nitentes oñdere esse ipossibile q̃ fides catholica predicat: sed ẽt icongruum esse et diuinaz bonitatem non decere: est. n. diuine bonitati conueniens: vt oia suum ordinem teneant: est ãt hic ordo rerum: vt deus sit super oia exaltatus: homo ãt inter infimas creaturas contineatur: nõ igitur decet diuinam maiestatẽ hũane nature uniri.

Item si conueniens fuit deum hoiez fieri: oportuit hoc esse propter aliquam utilitatem ide prouenientem: sed quecunq; utilitas detur: cum de' õi potẽs sit hãc utilitatẽ producere: potuit sola sua voluntate: cum igitur unũqdq; fieri conueniat q̃ breuissime põt: non oportuit q̃ de' ꝓpter h'moi vtilitatem humanã naturam sibi uniret.

Ad huc cum deus sit vlis oium cã: ad utilitatem totius uniuersitatis rerum eũ precipue intendere oz: sed assumptio humane nature soluz ad utilitatẽ hois pertinet: nõ igitur fuit conueniens q̃ si alienã nãm deus assumere debuit: q̃ solum naturam humanã assũpserit.

Amp̃. quanto aliquid est alicui magis sile: tãto ei conueniẽtius unitur: deo ãt sil'ior et propiquior est angelica natura q̃ hũana: non igitur cõueniens fuit assumere naturam humanã angelica pretermissa.

Itẽ id qõ ẽ principium in hoie est itelligentia ueritatis ĩ quo uidetur hõi ipedimentum prestari: si deus humanaz naturã assũpsit: datur. n. ei ex hoc erroris occasio ut cõsentiat his qui posuerunt deum nõ esse supoia corpora exaltatũ: non igitur hoc ad humane nature utilitatẽ conueniebat: q̃ deus humanam naturã assumeret.

Itẽ experimẽto dicere possumus q̃ circa icarnationẽ dei plurimi errores sũt exorti: vĩ igitur humane saluti cõueniens nõ fuisse q̃ deus icarnaretur.

Adhuc inter oia que deus fecit: istud vĩ eẽ maximũ: q̃ ipsemet carnem assũpserit: ex maximo ãt opere maxima dz expectari utilitas: si igitur incarnatio dei ad salutez hominũ ordinatur: vĩ fuisse conueniens q̃ ipse totũ humanũ genus saluasset: cũ ẽt oium hoiuz salus uideatur esse cõpetens utilitas: pro qua tm̃ opus fieri debuisset.

Amp̃. si deus ꝓpter salutez hominum humanã nãm assũpsit: vĩ fuisse conueniens: vt eius diuinitas hoibus per sufficientia indicia manifestaretur: hoc ãt non vĩ contigisse: nam per aliquos alios hoies solo auxilio dine uirtutis absq; unione dei ad eoz nãz ueniuntur silia miracula esse facta: vel ẽt maiora q̃ fecerit xp̃s: non igitur vĩ dei icarnatio sufficienter procurata fuisse ad humanã salutẽ.

Pre. si hoc nccium fuit humane saluti q̃ deus carnẽ assumeret: cũ a ꝑncipio mundi hoies fuerint: vĩ q̃ a principio mundi humanã naturam assumere debuit et nõ quasi i fine tp̃um: vĩ. n. oium precedentiũ hoiuz salus pretermissa fuisse.

Itẽ pari rõne usq; ad finez mundi debuisset cũ hoibus cõuersari: vt homies sua pñtia erudiret et gubernaret.

Adhuc hoc maxime hoibus utile est: vt future beatitudinis ĩ eis spes fundetur: hãc ãt spem magis ex deo incarnato cõcepisset: si et carnem imortalem et ipassibilem et gliosam assũpsisset: et oibus oñdisset: nõ igitur vĩ fuisse conueniens: q̃ carnem mortalem et ẽt infirmã assũpserit.

Amp̃. vĩ fuisse conueniens ad oñdenduz q̃ oia que in mũdo sunt: sint a deo q̃ ipse abundantia rerum mundanarũ usus fuisset in diuitijs et i maximis honoribus uiuens: cui' cõtraria de ipso leguntur: videlz q̃ pauperẽ et abiectam uitã duxit et probrosam mortez sustinuit: non igitur vĩ esse conueniens: q̃ fides de deo icarnato predicat.

Pre. Ex hoc q̃ ipse abiecta passus ẽ: el' dinitas maxime fuit occultata: cũ tñ hoc maxime nccium fuerit hoibus: vt eius diuinitatẽ cognoscerẽt si ipse fuit deus icarnatus: non igitur vĩ quod fides predicat humane saluti conuenire.

Si quis autem dicat q̃ propter obedientiam patris filius dei mortem sustinuit: hoc non uidetur rationabile: obedientia eni ipletur per hoc q̃ obediens se conformat voluntati precipientis: uoluntas ãt dei patris irrationabilis esse non potest: si igitur non fuit conueniens deum hoiem factum mortez pati: qr mors cõtraria esse uidetur diuinitati que uita est: huius rei ratio ex obedientia ad patrem conuenienter assignari nõ potest.

Pre. voluntas dei non est ad mortem hominum etiaz peccatorum: sed magis dicitur ad uitam: secũduz illud Ezechi. xviij. Nolo mortem peccatoris: sed ut magis conuertatur ad uitam et uiuat: mlto igitur minus potuit esse voluntas dei patris: vt hõ perfectissimus morti subiiceretur.

Amp̃. ipiuz et crudele uidetur inocentem precepto ad mortez iducere et precipue ꝑ ipm̃ qui morte sũt digni: hõ ãt xp̃s ihesus innocens fuit: ipium igitur fuisset: si ꝑ cepto dei patris mortem subiisset.

Si uero aliquis dicat hoc necessarium fuisse propter humilitatem demonstrandam: sicut apostolus uidetur dicere Phil. ij. q̃ christus humiliauit semetipsuz factus obediens usq; ad mortem: nec hec quidez

rō conueniens vī: primum quidē qz i eo commendanda est hūlitas qui hz superiorem: cui subīci possit: qō de deo dici non pōt: non igitur cōueniens fuit dei verbum humiliari usqz ad mortem. Itē satis hoies ad humiliratem ifo: mari poterant uerbis diuinis quibus ē fides oīmoda adhibenda ꝛ exemplis humanis: nō igitur ad demonstrandū humilitatis exemplū nccīum fuit uerbuz dei aut carnem sumere aut mortem subire. Si quis autem iterū dicat q ꝓpter peccatoꝝ nōruz purgationē nccīum fuit xp̄m mortē subire ꝛ alia que uidentur esse abiecta: sicut apls dicit: q traditus est ꝓpter peccata nostra: ꝛ iterū mortuꝰ est ad multoꝝ exhauriēda pcā.: nec hoc vī esse cōueniens: primo quidē qz per solam dei gr̄az hoīuz peccata purgantur. Deīde qz si aliqua satisfactio requirebatur: conueniens fuit: vt ille satisfaceret qui peccauit: qz i iusto dei iudicio unusquisqz onus suū dz portare. Item si conueniens fuit: vt aliquis hoīe puro maior pro hoīe satisfaceret: sufficiens vī fuisse si angelus carne assūpta hmodi satisfactionē ipleret: cum angelus nāliter sit superior hoīe. Pre. pccm non expiatur peccato sed magis augetur: si igitur per mortē xp̄i satisfacere debuit: talis debuit eius mors esse in qua nullus peccaret: vt. s. non uiolenta morte sed nāliter moreretur. Adhuc si pro peccatis hoīum xp̄z mori oportuit: cū frequēter hoies peccēt: oportuisset eū frequenter mortem subire. Si qs āt dicat q sp̄aliter ꝓpter peccatū originale nccīuz fuit xp̄m nasci ꝛ pati: qō quidem totaz nām humanaz ifecerat hoīe primo peccante: hoc impossibile vī: si. n. alī hoies ad satisfaciendum ꝓ peccato originali. sufficientes nō sunt: nec mors xp̄i ꝓ peccatis humani generis satisfactoria fuisse vī: qz et ipse fm humanā nām mortuus est non fm dīnā. Pre. si xp̄s ꝓ peccatis humani generis sufficiēter satisfecit: iniustū vī quidē esse q hoies adhuc penas patiantur: quas pro pcco dīna scriptura inductas esse commemorat. Adhuc si xp̄us sufficienter ꝓ peccatis humani generis satisfecit: non essent ultra remedia pro absolutione peccatoruz querenda: queruntur āt ab oībus qui sue salutis curam hñt: non igitur vī sufficienter xp̄z peccata hoīum abstulisse. Hec igitur sunt ꝛ silia ex qbus alicui uideri pōt ea que de incarnatione fides catholica predicat dine maiestati et sapientie conuenientia non fuisse.

Q. conueniens fuit deū incarnari. LIIII.

Si qūis āt diligenter et pie icarnationis mysteria cōsideret: inueniet tantam sapie profunditatem: q̄ omnez humanam cognitionem excedat: fm illud apli. Qō stultum est dei: sapiētius ē hominibus: vñ fit: vt pie ꝓsideranti sp magis ac magis ammirabiles rōnes hmodi mysterīj manifestentur. Primuu igitur hoc considerandum est q icarnatio dei efficatissimum fuit auxiliū hmini ad bītudinem tendēti. Oñsum est. n. tertio q pfecta bītudo hoīs i īmediata dei uisione consistit: posset āt alicui uideri q hō ad hunc statum nunq̄ possit pertingere: q intellectus humanꝰ immediate ipsi diuine essentie uniretur: vt intellectꝰ itelligibili ꝓpter īmensam distantiam nārum: ꝛ sic circa iquisitionem bītudinis homo tepescēt ipsa desperatione detentus: ꝓ hoc āt q deus hūanam nām sibi unire uoluit in persona euidentissime hoībus demonstratur: q hō per itellectū deo pōt uniri ipsum īmediate uidendo: fuit igitur cōuenientissimum q deus humanam nām assumeret ad spem hoīs i bītudinem subleuandam: vñ post icarnationem xp̄i hoies ceperunt magis ad celestem bītudinem aspirare: fm q ipse dicit Jo. x. Ego ueni ut uitam hēant: ꝛ abundātius habeant. Sil̄ ēt per hoc hōi auferuntur ipedimēta beatitudinem adipiscendi: cum. n. perfecta hoīs beatitudo i sola dei fruitione consistit: vt oñsum est nccīum est q quicunqz his que infra deum sunt: inheret: finaliter a uere bītudinis ptcipatione impediatur. Ad hoc āt hō deduci poterat: q rebus infra deum exīstibus inhereret: vt fini ignorā do sue nature dignitatē: ex hoc. n. cōtingit q quidam considerantes se fm nām corpoream et sensitiauz quam cum alīs animalibus habent communem i rebus corporalibus et delectatiōib⁹ carnis quandam beatitudinem bestialem requirūt. Quidam uero considerantes quarūdam creaturarum excellentiam super homines quantum ad aliqua eorum cultui se astrinxerunt colentes mūdum ꝛ partes eius ꝓpter magnitudinem quantitatis et temporis diuturnitatem uel spirituales substantias angelos ꝛ demōes ꝓpter hoc q homineꝝ excedere inueniuntur tam in immortalitate q̄ i acumine intellectus estimantes in his utpote supra se existentibus hominis beatitudinem eē querendam. Quanuis āt q̄tū ad aliquas conditiones homo aliquibus creaturis exīstat iferior ac etiam infimis creaturis i quibusdam assimiletur tamen secundum ordinem finis nihil homine exīstit altius nisi solus deus: in quo solo perfecta hominis beatitudo consistit: hanc igitur hominis dignitatem q scilicet i immediata dei uisione beatificandus sit: conuenientissime deus ostendit per hoc q ipse imediate naturam humanaz assumpsit: vnde ex incarnatione dei hoc consecutū uidemus q magna ps hoīum cultu angeloꝝ demonū ꝛ q̄rūcūq̄z creaturaꝝ ꝓmissio sptis ēt uolupratib⁹

carnis ⁊ corpalibus oĩbus ad solum deũ colẽduz se dedicauerunt: i quo solo bĩtudinis complemẽ tum expectant: ꝓm q̃ aplus monet ad collo. iĩj. c. Que sursum sũt querite: vbi xp̃s est i dextera dei sedens: que surſũ sunt sapite nõ que super terrã.

Adhuc q̃ bĩtudo perfecta hoĩs i tali cogniti one dei consistit: que facultatem oĩs itellectus creati excedit: vt i tertio oñsum est: nec̃ium fuit quã dam h⁹ modi cognitionis prelibationẽ i hoie esse qua dirigeretur in illã plenitudinem cognitionis beate: qõ quidẽ fit per fidem: ut i tertio oñsum ẽ: cognitionem ãt qua hõ i ultimum finẽ dirigitur: oz esse certissimam: eo q̃ est pricipiũ oĩum que oz dinantur i vltimum finẽ: sicut ⁊ pricipia nãliẽ nota certissima sunt:: certissima ãt cognitio alicui⁹ esse non põt: nisi uel illud sit per se notum: sicut ꝑma demonstrationis principia: uel i ea que per se nota sunt resoluatur: qualiter nobis certissima ẽ demonstrationis conclusio: id ãt qõ de deo nobis per fidem tenendũ proponitur: non põt esse hõi per se notum: cũ facultatem humani itellectus excedat: opoꝛtuit igituꝛ hoc homini manifestari ꝑ eum cui sit per se notum: ⁊ q̃uis oĩbus diuinam essentiam uidentibus sit quodãmõ per se notuz: tñ ad certissimam cognitionẽ hñdaz opoꝛtuit reductionẽ fieri i ꝑmum h⁹ cognitionis ꝓncipiuz. s. i deum cui est nãliter per se notum: ⁊ a quo oĩb⁹ inotescit: sicut ⁊ certitudo scie non hẽtur nisi per resolutionẽ i ꝑma ꝓncipia idemonstrabilia: opoꝛtuit igitur hoiem ad perfectam certitudinem consequendã de fidei ueritate ab ipso deo istrui hoie facto ut hõ ꝓm modum humanũ dinam istructionem perciperet: ⁊ hoc est quod dr̃ Jo. ꝑmo. Deum nemo uidit vnq̃: vnigenitus qui est i sinu patris ipse enarrauit: ⁊ ipse dñs dicit Jo. xviij. Ad hoc natus sum i mundũ: vt testimoniuz perhibeam ueritati: ꝓpter qõ videmus post xp̃i icarnationẽ euidentius ⁊ certius hoies i dina cognitione esse istructos ꝓm illud Jsa. xi. Repleta est tra sciã dñi. Jtẽ cũ bĩtudo hoĩs perfecta i dina fruitione consistat: opoꝛtuit affectum hoĩs ad desiderium dine fruitionis disponi: sicut videmus hõi bĩtudinis desiderium naturaliter iesse: desiderium ãt fruitionis alicuius rei ex amoꝛe illius rei cãtur: necessarium igitur fuit hoiem ad perfectaz bĩtudinem tendentẽ ad amoꝛem dinum iduci: nihil aũt sic ad amoꝛẽ alicuius nos inducit: sicut experimẽtum illius ad nos: amoꝛ ãt dei ad hoies nullo mõ efficatius hõi potuit demonstrari q̃ ꝑ hoc q̃ hõi vniri uoluit i persona: est. n. ꝓprium amoris unire amantem cũ amato: i q̃tũ possibile est: nec̃iuz igitur fuit hõi ad beatitudinem perfectã tendenti: q̃ deus fieret homo. Almp. cũ amicitia in q̃ dam equalitate consistit: ea que multuz iequalia sũt: i amicitia copulari non posse uident: ad hoc igitur q̃ familiarioꝛ amicitia esset iter hoiez ⁊ deum: expediens fuit hõi q̃ deus fieret hõ: qꝛ ẽt nãliter homo hõi amicus est: vt sic dum uisibiliẽ deum cognoscimus i iuisibilium amoꝛẽ rapiamur. Silr ẽt manifestum est q̃ bĩtudo uirtutis est pre miũ: oz igitur ad bĩtudinem tendẽtes ꝑz virtutẽ disponi: ad virtutẽ ãt ⁊ uerbis ⁊ exẽplis prouocamur: exempla ãt alicuius ⁊ uerba tanto efficatiuꝫ ad uirtutem iducunt: q̃tum de eo firmioꝛ bonitatis hẽtur opinio: de nullo ãt hoie puro ifallibilis opio bonitatis hẽri poterat: qꝛ ẽt sanctissimi viri i aliquibus iueniuntur defecisse: vnde nec̃ium fuit hõi ad hoc q̃ i uirtute firmaretur q̃ a deo hũa nato doctrinam ⁊ exempla uirtutis acciperet: ꝓpter qõ ipse dñs dicit Jo. xiij. Exẽplũ dedi uobis vt quẽadmodum ego feci: ita ⁊ uos faciatis. Jtẽ sicut uirtutibus hõ ad bĩtudinez disponitur: ita ⁊ peccatis ipeditur: peccatum ãt virtuti contrarium ipedimentum affert beatitudini non solũ ioꝛdinationem quandam aie inducens scõm q̃ eam ab oꝛdine debiti finis abducit: sed ẽt deum offendens a quo beatitudinis premiũ expectatur: secũdũ q̃ deus humanoꝛum actuum curam habet: ⁊ peccatũ contrarium est charitati dine vt in tertio plenius ostensũ est. Et isuper huius offẽse homo conscientiã habens per peccatũ fiduciaz accedẽdi ad deum amittit que necessaria est ad beatitudinem consequendã: necessariuz est igitur humano generi q̃ peccatis abundat: ut ei remediuz aliquod adhibeatur contra peccata: hoc autem remediũ adhiberi non potest nisi per deum: qui et voluntatem hominis mouere potest in bonum: vt eam ad debitum oꝛdinẽ reducat: ⁊ offensam in se commissam potest remittere: offensa enim non remittitur nisi per eum in quẽ offensa cõmittit: ad hoc autem q̃ hõ a conscientia offense preterite liberetur oportet q̃ sibi de remissione offense per deum constet: non autem per certitudinẽ ei cõstare põt nisi a deo de hoc certificetur: ꝓueniẽs igit fuit ⁊ hũano generi ad beatitudinẽ consequẽdaz expediens q̃ deus fieret hõ vt sic ⁊ remissionẽ peccatoꝝ consequeretur per deum: ⁊ huius remissionis certitudinẽ per hominez deum: vñ et ipse dñs dicit Math. ix. Ut autez sciatis q̃ filius hominis pt̃em habet dimittendi pct̃a rc̃. ⁊ apls ad Heb. dicit q̃ sanguis xp̃i emundabit ꝓscientias nr̃as ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti.

Ad hec. ex tradictione ecclesie docemur totuz humanum genus peccato esse infectum. His igitur visis respõdendum est ad ea que incontrarium sunt obiecta: non enim est inconueniẽs rc̃. Habet tñ hoc oꝛdo diuine iustitie vt ex superioꝛibus patet q̃ peccatuz sine satisfactione nõ remitat a deo: satisfacẽ aũt pro peccato totius humani generis nullus homo purus poterat: quia qlibet

homo purus aliquid minus ē tota generis hūani vniuersitate. oportuit igit ad hoc q̄ hūanū genus a pcō cōi liberaret q̄ aliquis satisfaceret q̄ et hō esset cui satisfactio competeret. ⁊ aliq̄d supra hoi nē vt ei⁹ meritū sufficiēs esset ad satisfaciēdū pro peccato totius humani generis: maius autez homine q̄tum ad ordinem beatitudinis nihil ē nisi solus deus. nam angeli lz sint superiores q̄tū ad cōditōem nature: nō tn q̄tū ad ordinem finis: quia eodem beatificant. Necessariū igit fuit hoi ad beatitudinē cōsequendā q̄ de⁹ hō fieret ad peccatū humani generis tollēdū: ⁊ hoc est qō Joānes baptista dixit de xp̄o. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi: ⁊ aplus ad Ro. dicit. Sicut pctm̄ ex vno in oēs in ꝺdēnatōnez. ita gratia ex vno in oēs ad iustificationē. Hec igit sunt ⁊ silia ex q̄bus alīqs ꝓcipe pōt nō fuisse incōgruū bonitati diuie deū hoiem fieri sed expedientissimū fuisse humane saluti. Solutio rōnū supra positarū cōtra ꝓuenientiam incarnationis. L. V.

DA uero qūe contra hoc superius sūt opposita nō difficile est soluere. Nō eni ē contrariū ordini rerū deū hoiem fieri vt prima rō ꝓcedebat: q̄ q̄uis natura diuina i infinitū naturā hūanā excedat: tn hō sm ordinē sue nature hz ipm deū ꝑ fine ⁊ nat⁹ ē ei p intellectū vniri: cui⁹ vniōis exemplū ⁊ documentum q̄dam fuit vnio dei ad hoiem i psona. seruata tn ꝑ ꝑtate vtriusq̄ nate vt nec excellētie diuine natura aliq̄d deperiret: nec hūana natura per exaltatiōnē aliquā extra t̄minos sue spēi traheret. Cō siderandū ē ēt q̄ ꝓpter pfectionē ⁊ imobilitatem diuine bonitatis nihil dignitatis deo depit ex hoc q̄ aliqua creatura quātuncūq̄z ei appropiāt ⁊si hoc creature accrescat: sic eni ipis creaturis suā bonitatē cōicat q̄ ex hoc ipse nullū patit detrimētū Silr etiaz lz ad oia faciēda dei volūtas sufficiat tn diuina sapia exigit vt reb⁹ singulis sm eoz cōgruentiā ꝓuideat a deo. reb⁹. n. singulis ꝓpas cās cōuenient instituit. vnde lz de⁹ sola sua voluntate efficere potuerit in hūano genere oēs vtilitates q̄s ex dei incarnatione vicim⁹ ꝓuenisse vt scōa ratō ꝓponebat: tn ꝓgruebat humane nate vt hui⁹modi vtilitates inducerent ꝑ deū hoiem factū sic ex inductis rōnib⁹ aliq̄tenus apparere pōt. Ad ētiaz ēt rōnē pz rnsio. homo. n. cū sit ꝓstitut⁹ ex spūali ⁊ corporali nata q̄si q̄dā cōfiniuz tenēs vtriusq̄ nature: ad totā creaturā ptinere videt q̄ fit ꝑ homis salute. nā inferiores create corpales in vsū homis cedere vident ⁊ ei q̄dam mō esse subiecte: superior aūt creatura spūalis. s. angelica cōe hz cū homine vltimi finis ꝓsecutionē vt ex superiorib⁹ patz: ⁊ sic cōueniēs videt vt vlīs oium cā illā creaturaz in vnitatē persone assumeret in q̄ magis cō cat cū oib⁹ creaturis. Cōsiderandū ē ēt q̄ solius rationalis nature ē per se agere: creature. n. irratōales magis aguntur naturali impetu q̄ agāt ꝑ seipas. vnde magis sūt in ordine instrumentaliū cārū q̄ se habeant per modū ꝓncipalis agentis: assumptionem aūt talis creature a deo oportuit esse q̄ ꝑ se agere posset tanq̄ agēs ꝓncipale. nā ea q̄ agūt sic instrumēta agūt inq̄tū sūt mota ad agendū. ꝓncipale vero agēs ipsū ꝑ se agit: si quid igit agendū fuit diuinitus ꝑ aliq̄ irrōnalē creaturā suffecit sm h⁹modi creature cōditionē q̄ solū moueret a deo: nō aūt q̄ assumeret in psona vt ipamet ageret: q⁹ hoc ei⁹ naturalis ꝓditio nō recipit sz solū ꝓditio rōnalis nature: nō igit fuit ꝓueniēs q̄ de⁹ aliq̄ irrōnalem creaturā assumeret sed rōnalē. s. angelicā vel humanā. Et q̄uis angelica natura q̄tuz ad naturales ꝓprietates inueniat excellātiōr q̄ humana natura vt q̄rta rō ꝓponebat: tn hūana ꝓgruentius fuit assūpta. ꝓmo q̄dē q⁹ in hōie pctm̄ expiabile est se pōt eo q⁹ ei⁹ electio nō immobiliter fert in aliq̄d sz a bono pōt puerti in malū ⁊ a malo reduci in bonū: sic ēt in hois rōne cōtingit q̄ q⁹ ex sensibilibus ⁊ ꝑ signa quedā colligit veritatē: viam hz ad vtrunq̄ oppositoꝝ. angelus aūt sic hz immobilez apprehensionē: q⁹ ꝑ simplicē intellectū imobiliter cognoscit: ita ēt hz imobilē electionē. vn̄ vel i malu oīo nō fert: vel si in malū ferat: imobiliter fert. vnō ei⁹ pctm̄ expiabile esse nō pōt: cū igit ꝓcipua causa videat diuine incarnatiōis ee expiatio peccatorum vt ex scripturis diuinis docemur: congruentius fuit humanam naturaz q̄ angelicaz assumi a deo. scōo quia assumptio creature a deo est i psona non in natura vt ex superioribus patet: conueniētius igitur assumpta est hominis natura q̄ angelica: quia in homine aliud est natura ⁊ aliud persona cum sit ex materia ⁊ forma compositus non autem in angelo quia immaterialis est. tertō quia angelus sm ꝓprietatem sue nature ꝓpinquior erat ad deum cognoscendum q̄ homo cui⁹ cognitio a sensu oritur: sufficiebat igitur q⁹ angelus a deo intelligibiliter instrueretur de veritate diuina: sed conditio hominis requirebat vt deus sensibiliter hominem de seipso homie instrueret qō per incarnatōnem est factum: ipsa etiam distātia hominis a deo magis repugnare videbatur fruitione diuine: ⁊ ideo magis indiguit homo q̄ ange lus assumi a deo ad spem de beatitudine concipiendam: homo etiam cum sit creaturarum terminus quasi omnes alias creaturas naturali generatōnis ordine ꝑsupponens conuenienter primo rerum principio vnitur etiam vt quadam circulatione perfectio rerum concludatur. Ex hoc autez q⁹ deus humanam naturaz assumpsit non datur

erroris occasio vt quinta ratio ꝓpōebat. qz assū
ptio humanitatis vt supra habitū est facta est in
vnitatē persone nō i vnitatem nature ut sic nō o
porteat nos cōsentire his qui posuerunt deū nō
esse super oia exaltatum dicētes deū esse aiaz mō
di vel aliquid huiusmōi. Licet autē circa icarna
tionē di sint aliqui errores exorti vt. vi. obȷcieba
tur. tn manifestū est multo plures errores post in
carnatiōem fuisse sublatos. sicut. ex creatiōe rez
a dīna bonitate ꝓcedēte aliqua mala sunt cōsecu
ta quod ꝓpetebat cōdictioni creaturaz que defi
cere possunt. ita ēt nō est mirꝫ si manifestata dīna
veritate sunt aliqui errores exorti ex defectu mē
tium humanaz qui tn errores exercuerūt fideliū
ingenia ad diligentius dīnoz veritatē exquirēdam
z itelligendā. sicut z mala que i creaturis accidūt
ordinat deus ad aliquod bonū. Quāuis āt bonū
omne creatū dīne bonitati compatū exiguum in
ueniat. tn quia in rebus creatis nihil pōt esse ma
ius q̄ salus rōnalis creature que cōsistit in fruitio
ne ipsius bonitatis dīne cū ex incarnatiōe dīna ꝓ
secuta sit salus humana: nō parū vtilitatis predi
cta incarnatio attulit mundo vt septia ratio ꝓce
debat. nec oportuit ꝓpter hoc q̄ ex incarnatione
dīna omnes homines saluarent. sed tn illi qui p̄
dicte incarnationi adhererēt p fidē z fidei sacram
ta. Est siquidē incarnatiōis dīne virtus sufficiens
ad omniū hominū salutē sed q̄ ñ omnes ex hoc
saluant. ex cozz idispositiōe cōtingit q̄ icarnatōis
fructū i se suscipere nolūt icarnatio deo p fidem
z amorē nō inherēdo. nō. n. erat hominibus sub
trahēda libertas arbitrii per quā pñt uel inhere
re vel nō inherere deo icarnato ne bonū hominis
coactū esset. z propi hoc absqz merito z illauda
bile redderetur. ¶ Predicta ēt dei incarnatio suf
ficiētibus indicijs hominib⁹ manifestata est. divi
nitas. n. nullo mō conuenientius manifestari pōt
q̄ per ea que sunt ꝓpria dei. est autē dei ꝓprium
q̄ nature leges imutare possit supra naturā aliq̄d
operādo cuius ipse est auctor. cōueniētissime igit̄
ꝓbat aliquid esse dīnum p opera que supra leges
nature fiunt. sicut q̄ ceci illuminētur. leprosi mū
dentur. mortui suscitentur. huiusmodi quidem
opera christus effecit. vnde z ipse per hec opera
querētibus. Tu es qui uenturus es an aliuz expe
ctamus: suaz dīnitatē demōstrauit dicēs. Ceci vi
dēt. claudi ambulāt. surdi audiūt. ⁊c. Aliū autez
mūdū creare necesse nō erat. nec rō diuine sapien
tie nec rez natura hoc habebat. Si autem dicat
vt octaua ratio ꝓponebat q̄ huiusmodi miracu
la etiam p alios esse facta leguntˉ. tamen cōsiderā
dum est q̄ multo differentius z diuini⁹ xp̄us effe
cit. nam alij orādo hoc fecisse leguntur. xp̄s autē
imperando quasi ex propria potestate. z nō solū
ipse hoc fecit: sed z alijs eadem z maiora faciendi
tribuit potestatē qui ad solā iuocationē nominis
christi huiusmodi miracula faciebāt. z nō soluz
corporalia miracula per christū facta sunt sed ēt
spūalia que sunt multo maiora. s. q̄ p xp̄m z ad
iuocationem nominis eius spiritus sanctus dare
quo accenderentur corda charitatis diuie affectu
z mēres istruerent subito i sciētia dīnoz. z lingue
simpliciū redderēt diserte ad dīnam veritatez ho
minibus ꝓponēdā. huiusmodi autem opa idicia
sunt expressa dīnitatis xp̄i que nullus purus hō
facere potuit. vnde apostolus ad Heb. dicit q̄ sa
lus hominū cū initium accepisset enarrari p do
minū per eos qui audierunt in nos confirmata ē
attestāte deo signis z virtutibus z vargs spūs san
cti distributionibus. Licet autem saluti totius hu
mani generis dei incarnatio necessaria foret. non
tamen oportuit q̄ deus a principio mundi incar
nare ut. ix. obȷciebatur. primo quidem quia p
deum incarnatum oportebat hominibus medici
nam afferri contra peccata ut superius habitum
est. Contra peccatum autem alicui cōuenient me
dicina non affertur nisi prius suum defectum re
cognoscat vt sic per humilitatē homo de seipso
nō presumēs iactet spem suam in deum a quo so
lo potest sanari peccatum vt supra habitum est.
poterat autem homo de seipso presumere z q̄tū
ad scientiam z q̄tum ad virtutem. relinquendus
igitur aliquādo fuit sibi vt experiret q̄ ipse sibi ñ
sufficeret ad salutem neqz per scientiam naturalē
quia ante tempus legis scripte homo legē nature
transgressus est. neqz per virtutē propriam quia
data sibi cognitōe peccati per legem: adhuc ex in
firmitate peccauit. z sic oportuit vt demuz homi
ni neqz de scientia neqz de virtute presumenti da
retur efficax auxilium contra peccatum per xp̄i i
carnationem. s. gratia christi per quam z instrue
retur in dubijs ne in cognitione deficeret. z robo
raretur contra tentationum insultus ne per infir
mitatem deficeret. sic igitur factum est q̄ essent
tres status humani generis. primus āte legem. se
cūdus sub lege. tertius sub gratia. deinde per deū
icarnatum precepta z documēta perfecta homi
nibus dāda erant. requirit autem hec cōditio hu
mane nature q̄ nō statim ad perfectum ducatur
sed manuducatur per imperfecta vt ad perfectio
nem perueniat. quod z in instructiōe puerorum
videmus qui primo de minimis instruūtur. nam
a pricipio perfecta capere non valent. Similiter
etiam si alicui multitudini aliqua inaudita ꝓpo
nerentur z magna: nō statim caperet nisi ad ea as
sueesceret prius per aliqua minora. sic igitur cōue
niēs fuit a pricipio vt humanū genus istrueretur
de his que pertinēt ad suam salutem p aliqua le
uia z miora documēta p p̄triarchas z legē z ꝓphe
tas z tādē in cōsummatione temporum perfecta

doctria xpi ꝓponeret i terris. ſm ꝙ aplus dic ad Gal. iiij. Vt vbi venit plenitudo tẽporis miſit deus filium ſuum i terris. ⁊ ibidẽ dr ꝙ lex pedagogꝰ noſter fuit in xpo. ſz iã nõ ſumus ſub pedagogo. Simul ẽt ꝑsiderãdũ eſt ꝙ ſicut aduentũ magni regis oz aliquos nuncios precedere vt preparentur ſubditi ad eum reuerentius ſuſcipiẽdũ ita oportuit aduẽtũ dei i terris multa precedere quib' hõies eſſent parati ad deũ icarnatum ſuſcipiendum. qõ quidẽ factũ eſt dũ ꝑ precedẽtia ꝓmiſſa ⁊ documẽta hominum mentes diſpoſite ſunt vt facilius ei crederent qui ante prenunciatus erat ⁊ deſiderantius ſuſciperet ꝓpter priora ꝓmiſſa. Et lz aduẽtꝰ dei icarnati in mũdum eſſet maxime neceſſarius humane ſaluti. tñ nõ fuit neceſſariũ ꝙ vſq; ad finẽ mũdi cũ hõibus conuerſaretur. vt. x. rõ ꝓpõebat. hoc. n. derogaſſet reuerentie quam homines debebant deo incarnato exhibere: dum videntes ipſum carne indutum alijs hominibus ſimilem: nihil de eo vltra alios homines eſtimaſſent. ſz eo poſt mira que geſſit in terris ſuam preſentiaz hominibus ſubtrahente magis ipſum reuereri ceperunt. ꝓpter quod ẽt ſuis diſcipulis plenitudinem ſpiritus ſancti nõ dedit ꝙdiu cum eis ꝓuerſatus fuit: quaſi ꝑ eius abſentiã eoꝝ animꝰ ad ſpiritualia munera magis ꝓparatis. vñ ⁊ ipe eis dicebat. Si nõ abiero: paraclitus nõ veniet ad vos. ſi autẽ abiero. mittã eũ ad vos. Nõ oportuit ãt deus carnẽ ipaſſibilẽ ⁊ imortalem ſuſcipere ſm ꝙ. xi. rõ ꝓponebat. ſed magis paſſibilem ⁊ mortalẽ. primo quidẽ quia neceſſariũ erat hominibꝰ ꝙ beneficiũ icarnationis cognoſcerent vt ex hoc ad diuinum amorẽ inflãmarent. oportuit ãt ad veritatem incarnationis manifeſtandã ꝙ carnẽ ſimilẽ alijs hominibꝰ ſumeret. ſ. paſſibilez ⁊ mortalem. ſi. n. impaſſibilẽ ⁊ imortalẽ carnẽ ſuſcepiſſet: viſuz fuiſſz hominibus qui talẽ carnẽ nõ nouerãt ꝙ aliquod fantaſma eſſet ⁊ non veritas carnis. ſecũdo qz neceſſariũ fuit deuz carnem aſſumere vt ꝓ peccato humani generis ſatiſfaceret. contingit ãt vnũ pro alio ſatiſfacere vt i tertio oſtenſum eſt. ita tñ ꝙ penã ꝓ peccato alteri debitã ipe ſibi nõ debitã volũtarie aſſumat. pena ãt ꝙſequens humani generis peccatum: eſt mors ⁊ alie paſſibilitates vite ꝓſentis ſicut ſupra dictũ eſt. vñ ⁊ apoſtolus dic ad Ro. ꝙ vnũ hominẽ peccatũ i hunc mũdum intrauit ⁊ ꝑ peccatũ mors. oportuit igit vt carnem paſſibilez ⁊ mortalẽ deus aſſumeret abſq; peccato vt ſic patiendo ⁊ moriẽdo ꝓ nobis ſatiſfaceret ⁊ peccatuz auferret. ⁊ hoc eſt qõ apoſtolus dic ad Ro. ꝙ deꝰ miſit filiũ ſuuz in ſimilitudinem carnis peccati. i. habẽtem carnẽ ſimilem peccatoribꝰ. ſ. paſſibilem ⁊ mortalẽ. ⁊ ſubdit. vt de peccato dãnarz peccatũ in carne. i. vt ꝑ penã quam i carne ꝓ peccato nõ ſuſtinuit peccatũ a nobis auferrz. tertio qz ꝑ hoc ꝙ carnẽ paſſibilẽ ⁊ mortalez habuit efficatius dedit nobis exempla virtutis. paſſiones carnis fortiter ſuperando ⁊ eis virtuoſe vtẽdo. quarto qz ꝑ hoc magis ad ſpem imortalitatis erigimur ꝙ ipe de ſtatu carnis paſſibilis ⁊ mortalis mutatus eſt i impaſſibilitatẽ ⁊ imortalitatẽ carnis. qõ ẽt de nobis ſperare poſſumus qui carnẽ gerimus paſſibilem ⁊ mortalẽ. ſi vero a principio carnẽ impaſſibilẽ ⁊ imortalẽ aſſumpſiſſet: nulla nobis daretur occaſio imortalitatem ſperandi his qui in ſeipſis mõtalitatẽ ⁊ corruptibilitatẽ experiũt. Hoc etiã mediatoris officium requirebat ꝙ cum cõmune haberet nobiſcum paſſibilẽ carnẽ ⁊ mortalẽ. cuz deo vero virtutem ⁊ gloriam: vt auferẽs a nobis quod nobiſcum cõmune habebat. ſ. paſſionem ⁊ mortem: ad id nos duceret quod ſibi ⁊ deo erat cõmune fuit enim mediator ad iungendum nos deo. Similiter etiam non fuit expediens ꝙ deus incarnatus vitam in hoc mundo ageret opulẽtã ⁊ honoribus ſeu dignitatibus ſublimem vt. xij. ratio concludebat. primo quidez quia ad hoc venerat vt mentes hominum terrenis deditas a terrenis abſtraheret ⁊ ad diuina eleuaret. vnde opõtuit vt ſuo exemplo homines in contemptum diuitiarum ⁊ aliorum que mundani deſiderant habeat ⁊ ꝙ inopem ⁊ priuatam vitam ageret i hoc mundo. ſecundo quia ſi diuitijs abundaſſet ⁊ in aliqua maxima dignitate cõſtitutus fuiſſet: id qõ diuine geſſit magis potentie ſeculari ꝙ virtuti diuinitatis fuiſſet attributum. vnde efficaciſſimum argumentum ſue diuinitatis fuit ꝙ abſq; ãmini culo potentie ſecularis totum mundum in melꝰ commutauit. Vnde patet etiam ſolutio ad id qõ xiij. obijciebatur. Non eſt autem procul hoc a vero ꝙ filius dei incarnatus obediens precepto patris mortem ſuſtinuit ſm doctrinaz apoſtoli. preceptum enim dei eſt ad homines de operibus virtutum. ⁊ quanto aliquis perfectius actuz virtutis exequitur: tanto magis deo obedit. inter alias ãt virtutes ꝓcipua charitas eſt: ad quaz omnes alie referuntur. Chriſtus igitur dum actuz charitatis perfectiſſime impleuit: deo maxime obediens fuit nullus eni eſt actus charitatis perfectior q̃ ꝙ homo pro amore alicuius etiam mortem ſuſtineat ſecundum quod ipſemet dominus dicit. Maiorẽ charitatem nemo habet q̃ ꝙ animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. ſic igitur inuenitur chriſtus mortem ſuſtinens pro ſalute hominum ⁊ ad gloriam dei patris: deo maxime obediens fuiſſe actum charitatis perfectum exequendo. nec hoc repugnat diuinitati ipius vt. xiij. ratio procedebat ſic eni facta eſt vnio in perſona vt proprietas vtriuſq; nature maneret diue. ſ. ⁊ humane vt ſupra habitum eſt. ⁊ ideo patiente Chriſto etiam mortem ⁊ alia q̃ humanitatis ſunt. diuinitas ipaſſibilis

manſit. q̃uis propter vnitatem perſone dicamus deum paſſum ⁊ mortuum. cuius exemplum aliq̃ liter in nobis apparet. quia morīte carne anima remanet immortalis. Sciendum eſt etiam q̃ licz voluntas dei non ſit ad mortem hominū. vt. xv. ratio proponebat. eſt tamen ad virtutem p quaz homo mortē fortiter ſuſtinet ⁊ ex charitate periculis mortis ſe obūcit. ⁊ ſic voluntas dei fuit de morte Chriſti in q̃tū Chriſtus eam ex charitate ſuſcepit ⁊ fortiter ſuſtinuit. Unde patet q̃ non fuit impium ⁊ crudele q̃ deus pater Chriſtum mori voluit vt. xvi. ratio concludebat. non enim coegit inuitum. ſed complacuit ei voluntas qua ex charitate Chriſtus mortem ſuſcepit. ⁊ hanc etiā charitatem in eius anima operatus eſt. Similit etiam non inconuenienter dicitur q̃ propter humilitatem demonſtrandam Chriſtus mortē crucis voluit pati. ⁊ re uera quidem humilitas in deum non cadit vt. xvij. ratio proponebat. quia virtus humilitatis in hoc conſiſtit vt aliquis infra ſuos terminos a ſe contineat ad ea que ſupra ſe ſūt non ſe extendens ſed ſuperiori ſe ſubūciat. vnde patet q̃ deo humilitas conuenire non poteſt qui ſuperiorem non habet ſed ipſe ſuper omnia exiſtit. ſi autem aliquis uel equali uel inferiori ſe ex humilitate aliquando ſubūciat. hoc eſt quidem ſm aliquid. cum qui ſimpliciter equalis uel inferior eſt ſuperiorem ſe arbitratur. Quāuis igitur Chriſto ſm diuinam naturam humilitatis uirt⁹ non competat. competit tamen ſibi ſm humanā naturam ⁊ eius humilitas ex eius diuinitate laudabilioz redditur. dignitas enim perſone abūcit ad laudem humilitatis puta quando pro aliqua neceſſitate expedit aliquem magnum aliqua infima pati. nulla autem tanta dignitas eſſe poteſt hominis q̃ q̃ ſit deus. unde hominis dei humilitas maxime laudabilis inuenitur dum abiecta ſuſtinuit que pro ſalute hominum ipſum pati expediebat. erant enim homines ꝓpter ſuperbiā mundane glorie amatores. ut igitur hominū aios ab amore mundane glorie i amorez dine glorie trāſmutaret. uoluit mortem ſuſtinere non qualēcūq; ſed abiectiſſimā. ſunt enim quidam qui ⁊ſi mortem non timeant. abhorrent tamen mortem abiectā: ad quā etiam contēnendam dominus homines animauit ſue mortis exemplo. Et licet homines ad humilitatem informari potuerint diuiniſ ſermonibus inſtructi. ut. xviij. ratio proponebat. tñ ad agenduz magis ꝓuocāt facta q̃ uerba. ⁊ tāto efficatius facta mouent quāto certior opio bonitatis habet de eo qui huiuſmodi operat. vnde licet aliozz hominū multa humilitatis exēpla inuenirent. tñ expedientiſſimuz fuit vt adhuc hoīs dei ꝓuocarent exemplo quem conſtat errare nō potuiſſe. ⁊ cuius humilitas tāto eſt mirabilior q̃ to maieſtas ſublimioz. Manifeſtū eſt ēt ex p̄dictis q̃ oportuit Chriſtum mortem pati nō ſoluz vt exemplū preberet mortē cōtēnendi ꝓpter vitatis amorē. ſed ut etiam alioz peccata purgaret. quod quidē factū ē dū ipſe qui abſq; peccato erat mortē peccato debitā pati voluit ut in ſe penam alīs debitā ꝓ aliis ſatiſfaciendo ſuſciperet. Et q̃ uis ſola dei gratia ſufficiat ad remittēdū peccata ut. xvij. ratio ꝓponebat. tñ in remiſſione peccati exigitur etiā aliquid ex parte eius cui peccatuz remittit. ut. ſ. ſatiſfaciat ei quem offendit. ⁊ quia alī homines ꝓ ſeipſis hoc facere non poterant: Chriſtus ꝓ omnibus hoc fecit mortem voluntariam ex charitate patiendo. Et q̃uis in puniēdo peccata oporteat illū puniri qui peccauit ut. xx. ratio ꝓponebat. tamen in ſatiſfaciendo vnus poteſt alterius penam ferre. quia duz pena ꝓ peccato infligitur penſatur eius qui punitur iniquitas in ſatiſfatōne uero dum quis ad placādum eum quem offendit uoluntarie penam aſſumit. ſatiſfacientis charitas ⁊ beniuolentia eſtimatur que maxime apparet cum quis pro alio penam aſſumit. ⁊ ideo deus ſatiſfationem vn⁹ pro alio acceptat ut etiam in tertio libro oſtenſum eſt. Satiſfacere autem pro toto humano genere ut etiam ſupra oſtenſum eſt nullus homo purus poterat nec ad hoc angelus ſufficiebat ut. xxi. ratio procedebat. angelus enim licet q̃tum ad aliquas proprietates naturales ſit homine potioz. tamē q̃tum ad beatitudinis participationem in quam per ſatiſfactionem reducendus erat eſt ei equalis. ⁊ itez nō plene reintegraretur hominis dignitas ſi angelo pro homine ſatiſfacienti obnoxius redderetur. Sciēdum autem eſt q̃ mors Chriſti virtutē ſatiſfacendi habuit ex charitate ipſius qua voluntarie mōtem ſuſtinuit non ex iniquitate occidentium qui eum occidendo peccauerūt. quia peccatum non delet̄ peccato ut. xxij. ratio proponebat. Et q̃uis mors Chriſti pro peccato ſatiſfactoria fuerit. non tamen totiens eum mori oportuit quotiens homines peccant ut. xxiij. ratio cōcludebat. quia mors Chriſti ſufficiens fuit ad omnium expiāda peccata. tum propter eximiam charitatem qua mortem ſuſtinuit. tum ꝓpter dignitatez perſone ſatiſfacientis que fuit deus ⁊ homo. Manifeſtuz eſt autem etiam in rebus humanis q̃ quanto perſona eſt altioz tanto pena quam ſuſtinet pro maioꝛi computatur ſiue ad humilitatē ⁊ charitatez patientis ſiue ad culpam inferentis. Ad ſatiſfaciēdum autez ꝓ peccato totius hūani generis mors Chriſti ſufficiens fuit. quia q̃uis ſm humanā natnrā ſolum mortuus fuerit vt. xxiij. ratio proponebat. tñ ex dignitate perſone patientis que eſt perſona filij dei mors eius redditur preciosa. ꝺa vt ſupra dictum eſt ſicut maioris eſt criminis alicui

ꝑsone iferre ũuriã q̃ maioris dignitat̃ existit. ita vtuosius ẽ ꝛ ex maiori charitate ꝓcedẽs q̃ maior ꝑsona ꝓ alijs se subijciat uolũtarie passioni. q̃uis ãt xp̃s ꝓ pcto̅ originali sua morte sufficient̃ satisfecerit. nõ ẽ tñ iconueiens q̃ penalitates ex pecca to originali consequentes. remaneãt adhuc ꝙ oĩb' qui ẽt redẽptionis xp̃i ꝑticipes fiũt ut. xxv. ratio ꝓcedebat. hoc. n. ꝓgruẽter ꝛ utilit̃ factũ ẽ ut ꝑpena remaneret ẽt culpa sublata. ꝑmo q̃dẽ ut esset con formitas fideliũ ad x̄pm sicut mẽbroꝝ ad caput. unde sicut x̄p̃s ꝑpus multas passiones sustinuit ꝛ sic ad imortalitatis gloriam pueĩt. sic decuit ut fi deles eius ꝑpus subiacerent passionib' ꝛ sic ad im mortalitatẽ pueniret̃ q̃si portãtes i seipsis ĩsignia passionis x̄pi ut similitudinẽ glorie eius ꝓsequerentur. sicut apostolus ad Ro. dic. Vẽdes quidez dei cohẽdes ãt x̄pi: si tñ ꝓpatimur ut ꝛ simul glo rificemur. secũdo q̃ si hõies veniẽtes ad x̄pm sta ti imortalitatẽ ꝛ ipassibilitatẽ cõsequerent: pluꝛs hõies ad x̄pm accederẽt magis ꝓpi hec corpalia beneficia q̃ ꝓpter spũalia bona. qõ ẽ ꝫ itentionẽ x̄pi uenientis i mundũ ut hõies ab amore corpo raliũ ad spũalia transferret. tertio q̃ si accedẽtes ad x̄pm statim ipassibiles ꝛ imortales redderent: hoc q̃dãmodo cõpelleret hõies ad fidẽ x̄pi susci piendã. ꝛ sic meritũ fidei minueret. quãuis ãt suf ficient̃ ꝑ peccatis hũani generis sua morte satisfe cerit ut. xxvi. ratõ ꝓponebat. sunt tñ unicuiq̃ re media ꝓprie salutis querenda. mors. n. x̄pi ẽ qua si quedã ulis cã salutis sicut peccatũ ꝑmi hois fu it quasi uerisimilis cã dãnationis. oportet autem uniuersalẽ causam applicari ad unũquodq̃ spẽa liũ ut effectũ uniuersalis cãe ꝑticipat. effectus igit peccati primi parentis peruenit ad unũquẽq̃ per carnis originẽ. effectus ãt mortis x̄pi pertingit ad unũquẽq̃ ꝑ spũalem regenerationem per quam homo x̄po quodãmodo ꝯiungitur ꝛ icorporat. ꝛ ideo oportet q̃ unusquisq̃ querat regenerari ꝑ x̄pm ꝛ alia suscipere in quibus uirtus mortis x̄pi operat̃. Ex quo ꝑz q̃ efflux' salutis a x̄po i hõies non est ꝑ nature ꝓpaginem sed per studiuꝫ bone uoluntatis qua homo x̄po adheret. ꝛ sic quod a x̄po unusquisq̃ consequitur est personale bonũ. unde non deriuatur ad posteros sicut peccatum primi parentis quod cum nature propagine pro ducitur. ꝛ inde est q̃ lz parentes sint a peccato ori ginali mundati per x̄pm. non tamen est incõueni ens q̃ eorum filij cum peccato originali nascant ꝛ sacramentis salutis indigeant. ut. xxvij. ratio cõ cludebat. Sic igitur ex premissis aliquatenus ꝑz q̃ ea que circa mysteriũ incarnatiõis fides catho lica ꝓdicat: neq̃ ipossibilia neq̃ icõgrua iueniũt.

De necessitate sacramẽtoꝝ. LVI.

QUia uero sicut iã dictũ est mors x̄pi est q̃si vniuersalis cã humane salutis. vniuersalẽ ãt cau sam oportet applicari ad unũquẽq̃ effectũ: neces sariũ fuit exhiberi hominib' quedam remedia ꝑ que eis beneficiũ mortis x̄pi quodãmodo ꝯiungẽ tur. huiusmodi autem esse dicunt ecclesie sacrã ta. huiusmodi autem remedia oportuit. cuꝫ alicq̃ bus visibilibus signis tradi. primo quidem quia sicut ceteris rebus ita etiam homini deus ꝓuidet ꝑm eius cõditionem. est ãt talis hominis cõditio q̃ ad spiritualia ꝛ itelligibilia capienda naturali ter ꝑ sensibilia ꝺducitur. oportuit igitur spiritua lia remedia hominibus sub signis sensibilib' dari secũdo q̃ instrumenta oportet esse prime cause ꝓportionata. prima autẽ ꝛ verisimilis causa hũa ne salutis est vbũ icarnatum vt ex premissis appa ret. cõgruũ igitur fuit vt remedia quibus vniu̅sa lis cause virtus pertingit ad homines: illius cause similitudinem haberent ut. s. i eis virtus diuina i uisibiliter operaretur sub' visibilibus signis. tertiõ q̃ homo in peccatum lapsus erat reb' visibilib' indebite inherendo. ne igitur crederetur visibilia ex sui natura mala esse ꝛ ꝓpter hoc ei inherẽtes peccasse. per ipsa visibilia congruum fuit q̃ hõi bus remedia salutis adhiberentur vt sic apparẽt ipsa visibilia ex sui natura bona esse uelut a deo creata sed hominibus noxia fieri ꝑm q̃ eis inordi nate inherent. salutifera uero ꝑm q̃ ordinate eis vtuntur. Ex hoc autem excluditur error quoꝝun dam hereticoꝝ qui omnia huiusmodi visibilia a sacramentis ecclesie volunt esse remouenda. nec mirum. q̃ ipsi opinantur omnia visibilia ex sui natura mala esse ꝛ ex malo actore ꝓducta' quod i secundo libro reꝓbauimus. Nec est inconueni ens q̃ per res visibiles ꝛ corporales spũalis salus ministretur. q̃ huiusmodi visibilia sunt quasi q̃ dam instrumenta dei incarnati ꝛ passi. instrume tum autem non operatur ex virtute sue nature ꝫ ex virtute ꝓncipalis agẽtis a quo applicatur ad operandum. sic igitur ꝛ huiusmodi res visibiles salutem spiritualem operantur non ex ꝓprietate sue nature sed ex institutõne ipsius x̄pi ex qua vir tutem instrumentalem consequuntur.

De distinctione sacramentoꝝ veteris ꝛ noue legis. LVII.

DEinde considerã dum est q̃ cum huiusmodi visibilia sacramenta ex passione x̄pi efficaciã habeãt ꝛ ipsam quodãmodo repꝛesentent. talia ea esse oportet vt congruant saluti facte per x̄p̃m.

hoc ãt ſalus ante xp̃i icarnatiõẽ ⁊ mortem erat quidẽ ꝓmiſſa ſed non exhibita: ſed v̈bũ icarnatũ ⁊ paſſum ẽ ſalutẽ huiuſmõi operatũ. ſacĩa igitur q̃ icarnatiõne xp̃i preceſſerũt talia eſſe oportuit vt ſignificarẽt ⁊ quodãmodo repꝛomitterẽt ſalutẽ. ſacrã ãt que xp̃i paſſionẽ ꝓſequuntur talia eẽ oportet vt ſalutem hõibus exhibeant ⁊ non ſolũ ſignãdo demonſtrent. Per hoc ãt euitat iudeoꝝ opio ꝺ credunt ſacramenta legalia ꝓpter hoc ꝙ a deo ſunt iſtituta i perpetuum eſſe ſeruãda. cum deꝰ ñ peniteat neq; mutet. Fit ãt abſq; mutatiõe diſponentis uel pnia ꝙ diuerſa diſponat ꝑm congruentiam tempoꝝ diuerſoꝝ. ſicut paterfamilias alia precepta tradit filio paruulo. ⁊ alia iam adulto. ſic ⁊ deus cõgruenter alia ſacĩa ⁊ precepta añ incarnatiõnẽ tradit ad ſignificandũ futura alia poſt icarnatiõnẽ ad exhidendũ pñtia ⁊ remorandũ ꝓterita. Magis ãt irrationabilis eſt nazareoꝝ ⁊ helonitaꝝ error qui ſacĩa legalia ſimul cũ euangelio dicebãt eſſe ſeruãda. q̃ huiuſmodi erroꝛ quaſi cõtraria implicat. oũ. n. ſeruãt euãgelica ſacĩa ꝓfitentur in carnatõne ⁊ alia xp̃i myſteria iam eſſe perfecta. oum autez etiam ſacĩa legalia ſeruãt ꝓfitent ea eſſe futura.

De numero ſacramentorũ noue legis. LVIII.

Quia uero ut dictũ eſt remedia ſp̃ualis ſalutis ſub ſignis ſenſibilib⁹ ſunt hominibus tradita. ꝓſequens ẽt fuit ut diſtingueret remedia ꝺ bus ꝓuideꝰ ſp̃uali vite ꝑm ſimilitudinẽ corporal⁹ In vita aũt corporali duplicem ordinẽ iuenim⁹ ſunt enim ꝓpagatores ⁊ ordinatores corporalis vite in alĝs. ⁊ ſunt qui ꝓpagant ⁊ ordinantur ſz corporalem vitã. vite autẽ corporali ⁊ naturali tria ſunt ꝓ ſe neceſſaria. ⁊ quartum ꝓ accñs. opõtet. n. primo ꝙ per generationem ſeu natiuitatez res aliq̃ vitam accipiat. ſecũdo ꝙ ꝓ augmentum ad debitã quãtitatem ⁊ robur pueniat. tertio ad ꝓſeruationem vite ꝓ generationem adepte. ⁊ ad augmentum pducte. eſt neceſſarium nutrimẽtuz ⁊ hec quidem ſunt per ſe neceſſaria naturali vite quia ſine his vita corporalis ꝑfici non põt. vnde ⁊ anime vegetatiue q̃ eſt viuendi ꝓncipium tres vires naturales aſſignantur. ſ. generatiua augmẽtatiua ⁊ nutritiua. Sed quia ꝓtingit aliquod impedimentuz circa vitã corporalẽ ex quo res viua infirmatur. per accidens neceſſarium eſt quartuz quod eſt ſanatio rei viuentis egrote. ſic igitur ⁊ i vita ſp̃uali primum eſt ſp̃ualis generatio ꝓ baptiſmum. ſecũdum eſt ſp̃uale augmentũ pducens ad robur perfectũ per ſacramentũ confirmationis. tertium eſt ſp̃uale nutrimentũ per euchariſtie ſacramentum. reſtat quartũ qꝺ eſt ſp̃ual⁹ ſanatio q̃ fit vel in aĩa tm̃ ꝓ penitentie ſacramentum vel ex aĩa deriuat ad corpus qñ fuerit opportunũ ꝓ extremã vnctionem. hec igitur pertinent ad eos qui i vita ſp̃uali ꝓpagant ⁊ ꝓſeruant. ꝓpagatores ãt ⁊ ordinatores corporalis vite ꝑm duo attendunt ſ. ꝑm originẽ naturalẽ quod ad parentes ptinet. ⁊ ꝑm regimen politicum ꝓ quod vita hõis pacifica ꝓſeruat. ⁊ hoc pertinet ad reges ⁊ principes. ſic igitur eſt ⁊ in ſp̃uali vita. ſunt. n. quidam ꝓpagatores ⁊ ꝓſeruatores ſp̃ualis uite ꝑm ſp̃uale miſterium tm̃ ad quod pertinet ordis ſacramentum. ⁊ ꝑm corporalẽ ⁊ ſp̃ualem ſimul quod fit per ſacramentum matrimonũ quo vir ⁊ mulier ꝓueniunt ad prolem generandã ⁊ educãdã ad cultũ dinũ.

De baptiſmo. LIX:

Secundum hoc igit apparere põt circa ſacramenta ſingula ⁊ effect⁹ ꝓpri⁹ vniuſcuiuſq; ⁊ materia ꝓueniẽs. Et ꝓmo quidẽ circa ſp̃ualem generationem que per baptiſmũ fit. ꝓſideranduz eſt igitur ꝙ generatio rei viuentis eſt mutatõ quedam de nõ viuente ad uitã. uita autem ſp̃uali ptiuatus eſt homo in ſua origine per peccatum originale ut ſupra dictum eſt. ⁊ ad hec quecũq; peccata ſunt addita abducũt a uita. oportuit igitur baptiſmũ qui eſt ſp̃ualis generatio talẽ uirtutem habẽ ꝙ etiã peccatũ originale ⁊ oĩa actualia peccata cõmiſſa tollat. ⁊ quia ſignũ ſacramenti ſenſibile congruum debet eſſe ad repreſentãdũ ſp̃uale ſacĩi effectum. feditatis autẽ ablutio i rebus cõporalibus facilius ⁊ ꝓuenientius fit ꝓ aquã. iccirco baptiſmus ꝓuenienter in aqua conferꝰ ꝓ v̈buz dei ſanctificata. Et quia generatio vnius eſt alterius corruptio. ⁊ quod generat ꝓrem formam amittit ⁊ ꝓprietates ipſam ꝓſequentes: neceſſe ẽ ꝙ ꝓ baptiſmum qui eſt ſp̃ualis generatio non ſolũ peccata tollant q̃ ſunt ſp̃uali vite ꝓtraria ſz ẽt oẽs peccatorum reatus. ⁊ ꝓpter hoc baptiſmus nõ ſolũ a culpa abluit ſed etiã ab omni reatu pene abſoluit. vnde baptizatis ſatiſfactio non iũngitur ꝓ peccatis. Itẽ cum ꝓ generationem res formam accquirat: ſimul acquirit ⁊ operationez conſequentem formam ⁊ locũ ei congruẽtẽ. ignis n. mox generatus tendit ſurſum ſicut in propriũ locum. ⁊ ideo cum baptiſmus ſit ſp̃ualis generatio. ſtatim baptizati idonei ſunt ad ſpirituales actiones ſicut ad ſuſceptionem aliorum ſacramẽtorum ⁊ ad alia huiuſmodi. ⁊ ſtatim eis debetur locus congruus ſp̃uali vite qui eſt beatitudo eterna. ⁊ propter hoc baptizati ſi decedant ſtatim in beatitudine recipiũtur. vnde dicitur ꝙ baptiſm⁹

sperit ianuam celi. Considerandum est etiam q̄ vnius rei est tm̄ vna generatio. vnde cum baptismus sit spūal' generatio: vnus homo est semel tm̄ baptizandus. manifestū est ēt q̄ infectō q̄ p Adā i mundū intrauit semel tm̄ hoiem inquinat. vnde ꝛ baptismus qui ꝺ eā p̄cipaliter ordinatur itera ri nō debet. Hoc etiam cōe est q̄ ex quo res aliq̄ semel cōsecrata est: q̄ diu manet vlterius cōsecra ri non debet ne consecratio ineficax videatur. vñ cum baptismus sit quedā cōsecratō hōis baptiza ti nō est iterādū baptisma. Per quod excludit er ror donatistaꝝ vel rebaptizantiū.

De confirmatione. .LX.

